

De peccato

tra eā. **E**terbi gratia. Si olla q̄ circa igne adō bullit: et ne effundatq̄ dō in ea cōtinet aliqd hoz triū fieri p̄fuerit. v̄l aq̄ frigida olle infūdit. v̄l de lignis subtrahit. vel olle ab igne elongat. **P**rimū em̄ remedii est q̄ si q̄ svidet se temptari: tūc aq̄ infundēda est. s. tribulatio q̄cūq; vel vt recipiat a se vel ab alio bonā disciplinam. v̄l puniat se alias. s. trahendo per crines. **E**lsi nō vult sibi adhibere tribulatōnes in p̄nti: saltē adhibeat sibi ipsius tribulationis memoriaz: vt cogitet dō penīs q̄ debētur peccato luxurie. **T**ūn exemplum de his iā dictis. Legit q̄ q̄dam temptatus a luxuria dixit si h̄ ego: eternū ignē merebor: ergo p̄barevo: lo: utrū possim sustinere. et sic cōbussit sibi digitos. et sic cōpescuit in se luxuriam. **E**xemplū etiā de brō bern. qui p̄p̄ ardore luxurie inter spinas p̄iecat se et vulnerauit corpus suuz. et sic p̄vulnera carnis extinxit ardorē libidinis. Item legit de beato bñdicto q̄ semel immersit se in gelidā aquā p̄p̄ vehemētē temptatōez carnis. **D** Scđm remedii ē: vt cū q̄s subtrahat de ciboz potu. scđm enim ligna silue exardescit ignis. Et p̄cipue dō illi generibz ciboz potuū q̄ incitat ad luxuriā: vt sunt fortia vīna. et cibī acutī saporis. Ista em̄ suut q̄sī facule ardentes ad incēdēdū luxuriā. **T**ūn bern. Pip et zinziber cimīnū et saluia et m̄lte sp̄es huiusmodi salsa m̄toz palatū q̄dā delectat h̄ accēdū luxuriā. **T**ūn Hyeronū. Int̄ epulas difficile seruaf pudicitia. et nitēs cutis sordidaz oñdit aiam. Ex quo p̄z q̄ sicut iste eñz deridend⁹ qui facul⁹ ardētibz domū suā incēdēs dícet q̄ cōbustio eius sibi displiceret. sic deridēdi sūt qui dicunt se velle p̄tinere q̄n cū talibz cibis et potibz domo suas. i. corpora sua incēdūt ignē libidinis et concupiscētie. **T**ūn Amb̄ Deniqz a nobis edendi mēsura seruef: netortus corporis labes generet. **T**ūn etiā Chrysostom⁹ dicit. Per ieiunium cessatur pugna aduersus aiam. **E**nde

etiam Hugo d̄ sancto victore. Parca ei vita occidit vitia. libidinem extinguuit. p̄ tutem nutrit. animū roborat. ad celestia mētem eleuat. **Q** autem subtractio cibi et potus extinguat luxuriam. per tale p̄ ostendi exemplū. Erat quidā adolescēs qui ex intuitu illico in concupiscentiaz carnis v̄bementer contra honestam et pulchram mulierem accensus est. Et ipsa repulit eum sepius et arguit. Et ipē dixit. Si non adimpleret voluntatem suam: oporteret cum mori. Tunc ipā assigauit ei diem et locum et horaz qua debet venire ad eam. Cum autem iste adolescentis venit: tunc ipā dixit. Volumtas tua non implebitur: nisi consenseris mihi in vīnica petitione. et ipē libent̄ consensit. Tunc ipā inclusit eum in vīna camera per triduum sine ciboz potu. et quāta die preparauit locum vīnum cū mensa que fuit plena cum bonis ferculis et cibarijs. similiter et potum bonum. Et ex opposito preparauit lectum pulch̄: et dixit iuueni. En optionem tibi do. avis comederez bibere. v̄l volūtatez tuā mecum adimplē. et voluntate tua peracta econuerso te includam. et iam non gustabis quicq; in comedendo et bibendo. Tunc iuuenis respondit. Ego iam ita fatigatus et attenuatus sum fame et siti et ignis concupiscentie totus refriguit. et iam nullam concupiscentiaz erga te habeo. sed me delectat comedere et bibere magis q̄s quicq; aliud facere. Et ipā ei. O nequā cur dixisti q̄ oporteret te mori. nisi ego tibi consentirem. Gladet amplius quādo sic accensus es: tūc subtrahetibz de ciboz potu. et sic facillime concupiscentiam carnis tue superab: **E** tertium remedium est q̄ homo clōget se ab igne luxurie. id est a presentia mulieris: Et hoc docet Apl's. i. Lox. vi. Fugite fornicatōem. Super quo h̄bo dicit Ambrosius. Cum alijs nempe vitis potest spectari conflictus: hāc at fugite: ne app̄roximetis quia non potest

aliter vinci melius Ad idem monemur exemplo Joseph Gen. 19. Lui cum domina sua diceret dormi mecum: ipse relitto in manu eius pallio fugit: et egressus est foras. Quare autem fugiendū sit Rū deo primo. quia homo est sicut fenū aridum. Unde Propheta. Omnis caro fenum. Item homo ē sicut stipula Un Job. 13. Et stipulam siccām persequeris. nulla autem securitas est stipule vel feno arido circa ignem. sicutur merito fungendum est. Quid enim luxuria est peccatum valde immundum. ergo non est securus luctari cum peccato isto. vix enim potest esse quod homo non inquietur Ecclesiast. pī. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. Sed diceret quis stipulam se nō esse: immo quasi ferrum: et ideo nō oportet cū timere mulierum familiaritatem. Respondeo quod etiam ipsum ferrum igit̄is immutat. ut quasi igneā formam inducat. Sic ignis luxurie etiam homines ferreos immutat in malum Hyeronimus. Ferreas mentes libido domat: Et etiam patet quod ex duobus lapidib⁹ si inuicem colliduntur exit ignis. Sic ex familiaritate duarum personarū que quasi lapide evidēntur: exit quādoq; igit̄is luxurie. Itē etī murus lapideus a candelā iuxta se posita nō comburatur: tamen denigratur: sic licet quod homo quādoq; non cadat ex familiaritate mulierum in peccatum actuale: tamen frequentius aliquantulum inquinatur ad minus per cogitationes et delectationes malas. Unde beatus Hyeronimus Eredit mihi non potest cū domino toto corde habitare: qui feminarum actibus copulatur. Quid autem cohabitatio et familiaris conuersatio mulierum multum est occasio ruine potest manifestari per tale exemplum. Legitur in vita spartum. quod senex quidā erat qui cum incurrit egrediā in magnam seruiebant ei fratres: et videns senex quod fratres occuparent cū eo dixit. Vnde in egyptū: ut nō ipedū

am fratres istos. Et dixit ei abbas monachus: nō vades quod fornicatiōem incurris. Ille autem tristatus dicebat. Non tuū est corpus meū: et tu mibi ista dicis. Surgēs ergo abiē in egyptū. Quid cū audissent hoīes circūquac̄ habitātes offerebāt ei multa. Venit etiā ad eū virgo quādam fidelis volens obsequium suū seni infirmāti depēdere. Et post aliquā tūc tūc cū paululū de egritudine quod detinebat meli⁹ habuisset incurrit in eā. Et illa cepit. Interrogata autem a vicinis loci illius unde cepit. Illa rūdit. de senectate. Illi autem nō credebāt. Senex vero dicebat. ego hoc feci. Custodite infantem quē pepit. Que cū genuisset puerū et ab lactatus fuisset: tulit senex infantē in huc meritis suis. Et die qua erat festivitas in schyri accurrit ibi et itrauit ecclīaz corā multitudine fratrū. Illi autē vidētes eū sive uenit. Qui dixit fratrib⁹. Vide et infantē hūc: filius est inobedientie. cauete quod vos frēs a fortis mulierū. eo quin senectate hoc feci. et orate pro me. Et p̄gens ad cellā suā ad initium p̄ me questionis reuertus est. Unus Bern. Cū femīa sp̄ esse et feminā nō cognoscere: nōne plus est quod mortuū suscitaē. si quod min⁹ est nō potes nec id quod mai⁹ est. Unus Hiero. Si p̄ dicā seruare q̄ris: feminā quā bñ uideris querēs mente diligē: nō corporali p̄nīa. Unde Greg⁹ scribit in registro quod beatus augustinus nec cum sororē habitare consensit.

Incipit tractatu

lus de sex operibus misericordie. Et p̄mo de corporalibus.

A

Opera misericordie corporalia s̄t sex. Primū est cibare esurientem. Unus Esiae. lviiij. frāge esurēti pānc tuū. Secundū est potū dare sitiēti. Mat. x. Qui potū dederit vni ex misericordiis meis calicem aquae frigide non perdet mercedem suam. Sed lunt

E 3

Se sex operibus

quidam adeo duri et immisericordes quod potius datur porcas et canibus quam paupibꝫ. quod plures diuites melius pascunt suos canes quam pauperes. scilicet propter canibus offensum vel dādo eis carnes. de quibus pauperes possent refici. dā quibus oībus tales diuites districtā reddituris sunt rōem. Insup aliquā tā auariz tenaces sunt: quod potius id quod remanet permittunt putrefieri suāces hoc enim nimia parcitatem quam paupibꝫ erogaret. Unde dñs de maximo coniunctio quod faciet sanctis suis repellet eos cum ɔfusionē magna. nihil eis dādo quod hic dā mēsa sua nihile dederūt. ut p̄z in diuite epulone et paupē lazaro. Luc. i. 9. Unde etiā Gregorius. Dei misericordiam non potest premereri qui hic misericors non fuit. Unde Beda super ep̄lam Jacobi. Sine misericordia iudicabit ille: qui cū posset nō facit misericordias. ¶ Ex his patet quod periculose stāt tales tenaces diuites quia deū grauit̄ offendunt: contra charitatem proximi faciunt et contra animas proprias grauiter peccant. quia tales quodammodo comparantur furibus et raptoribus. Ambro. in sermonē. Non minoris est criminis habēti tolere: quod cum possis indigentibus de negare. Unde etiam Basilius. Nonne inquis spoliator es: qui dispensanda suscepisti propria reputando. Est cū paupēs famelici quem tu tenes. nudi tunica: quam in conclavi seruas. discaleat calcei: qui penes te marcescunt. indigēt argentum quod possides humatum. Unde christus dicit in euangelio. Lu. xviiij. Quā difficile qui pecuniam habent regnum dei intrabūt. Item est malum si gnum cum quis durus homo non potest audire clamorem pauperum. et si audiit: tamen non compatitur nec miseretur: quod est signum queritatis: et quod nō ē in charitate dei. Et ex h̄ sequit̄ quod cū in statu damnatorum. Unde i. Jobis. 4. Qui habuerit subaz huiusmodi. et viderit frēm suū necessitatē habē: et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei in eo manet

quasi diceret: nulla modo. Aug. de civitate dei. Misericordia est aliena miserie in nostro corde ɔpassio. quod utique si possemus subuenire ɔpellimur. Unde de duri corribus dicit Prover. xxi. Qui obturat aū re suam ad clamorem pauperū. tipse clausabit et non exaudies. Et ergo ut diuites misericordiam dei cōsequant: tūc ipsi debent eē misericordes paupibꝫ. Unde Math. v. Beati misericordes qm̄ ipsi misericordia ɔsequētur. Ambro. in ep̄stola ad Nepocianū. Nō memini me leguisse mala morte mortuū quod libēter opera pietatis exercuit. Habet em̄ multos intercessores. et impossibile est p̄ces multo nō exaudiri. ¶ Tertium est regere p̄grinos ad hospitium. hoc utile est et deo tam acceptū: ut quācūq; etiā ad littoram angelī sunt ad hospitium recepti: immo etiam quācūq; ipse xp̄s visibilit̄. ut in emauis. Sunt quādā adeo auari quod nullum p̄ deo hospitari volūt nisi habeat expēdē. Et sic expellunt paupēs a domo sua. cū tamen xp̄s dicat in euāgelio. Qui vos recipit me recipit. et eadē mensura qua mensi fueritis et ceterum. Ergo si clavis ianuā paupi: sic xp̄s faciet tibi cum veneris dicens illud Math. xxv. Dñe dñe aperi nobis. Respōdebit. Amēdiū vobis nescio vos. Sed bonis et electis dicit illud Math. xx. Hospes fuit collegistis me. venite benedicti patris mei et ceterum. Ex his sequitur quod multū rehensibiles sunt illi diuites qui habēt latas domos. et potius permittunt eas vacare quam pauperes in eisdem ppter deū vellē hospitare: cū tamē laudabile esset quod quibet diuites ad minus haberet unū pauperem in domo sua: ut illud quod sibi ipsi in mēsa subtraheret siue in comedēdo siue in bibēdo hoc illi paupi daret. ut sic posset mereri vitā eternā. ¶ Quartum est nudos tegere. Quantū aut̄ hoc placeat deo p̄z in beato Martino quē christus coram omnibus sanctis et angelis in celo existentibꝫ commendauit dicens

Martinus adhuc cathecuminus hac
me veste pectit. Unde ammonet vnu/
quęc̄s hominē p̄ Esaiam p̄phetā dīcēs
Lū r̄ideris nudum operi eum. Luc. iij
Qui habet duas tunicas det vna z nō
habenti. Item quia hoc op̄ misericor
dienō ita faciliter exerceatur. quia vnu
facilius dat pauperi frustū panis. v̄l're
cipit p̄ noctem vnu ad hospitium: q̄b̄ q̄
daret sibi tunicā. et etiam diutius durat
ergo diuites mulieres debēt filare et nō
ociose incedere. q̄r q̄uis ip̄enō indigeat
p̄ se. tamē multi paupes sunt q̄ bñ indi
gent. Exemplo b̄tē Elizabeth que fila
bat cū ancillis suis: et inde paupibus ve
stes faciebat. Unde Aug. in li. de vita
xpiana. Illā elemosynaz dc̄ approbat
q̄ de iustis laborib⁹ ministrat. Sic scri
ptū est. honora dñm de tuis laboribus
iustis. Unū xp̄s dicet talib⁹ in iudicio il
lud Math. xxv. Audus fut et cooperu
issis me. q̄r ita acceptū est ei q̄si eu in cru
tenudū pendētem cooperuisse. Unde
Math. xxv. Quod yni ex mīmis me
is feceritis mihi fecistis. D. C. Qui
tum est. visitare infirmos. Hoc multū
acceptū est xp̄o. q̄si ip̄se p̄ seiaceret infir
mus hic et enī visitares. q̄r om̄es passus
talū numerant ab angelis: et remunerā
tur a xp̄o in vita eterna. Et̄tra hoc fa
ciunt q̄ paupes et infirmos ab hominā/
tur. vel etiā quandoq̄s pp̄ios famulos
cū infirmans a domo expellit. vel si reti
nēt: ut canem sub gradu locat nec melu
us ei q̄ cani faciunt. Nō sic est faciendū
immo est eis bñfaciendū quasi angelo.
vel etiā quasi ip̄i xp̄o. qui dīctur est in
iudicio. Infirmus fui et visitasti me.

ps. Deus q̄s silis tsbi: eripiēs īopem
de manu fortiorū ei⁹. Si vero mali tūc
saltem liberādi sunt ab eterna morte. s.
monēdo eos ad p̄mām et contritōem de
peccatis suis. et q̄ offerāt deo illā ignos
mīlosam et amaram mortem quam su
stīnere eos oportet p̄ peccatis suis. q̄a
hoc est multum vtile homini et deo acce
ptū. F. C. Unde questio est. vtrū pe
na mortis dirimat aliqd de pena debū
ta p̄ peccat⁹. Respōdeo fm̄ bt̄m Tho
mā in. viii. dist. xx. Mors naturalis est
pena p̄sequens origīnale peccatum et q̄
si iam ī naturā p̄uersa. et ideo q̄ morte
naturalē nō purgat aliqd de peccato ac
tuali. s̄ p̄ mortem illatā bene potest pur
gari aliqd. Unde si aliq̄s mortem illa
tam patienter sustineat p̄ alīs criminis
bus: sic illata valet ad dīminutōem pe
ne. et ad liberatōem etiā a tota pena fm̄
q̄ntitatē culpe et patiētie et p̄tritōis. Itē
sciendum q̄ Scotus sup. viii. sentētiarū
dicit. q̄ si q̄s infirmus cū iaz videt se vlt
q̄ moritur⁹ mori vult. et plene p̄sentit ī
mortem: acsi p̄ seip̄m mortem elegisset
penā mortis sic patiēter sustinēdo: satis
faciet p̄ oībus peccatis venialib⁹. Imo
aufert aliqd ad satisfaciendū p̄ morta
libus. Quare p̄ oīa laudabile est ī isto
volūtatem suam diuine p̄formare. Itē
queris de suspendēdis et decapitādis an
debeat eis dari corp⁹ xp̄i. R̄ndeō. si sūt
p̄fessi et penitēt: nō debet eis denegari.
xiiij. q. ii. c. fi. Item q̄ritur de suspēcis an
sint sepeliēdi in cimiterijs vel nō. R̄ndeō
fm̄ Hostiēn. q̄ speliēdi sunt dū tñ peni
tuerint. s̄ tñ quo ad hoc ut de patibū
lo deponant reqrif licētia iudicis secula
ris: ne iusticia p̄tēni videat. et sic loquū
tur leges. s̄ ip̄am licētiam ip̄e index de
negare nō debet. Ex his iā dictis pat̄z
q̄ est salubrē tales hoīes monere ad pe
nitentiā. q̄r possibile est q̄ q̄s ī uno ho
mine tali p̄t mereri vitā eternā. Et rō ē
q̄r fm̄ Grego. Maximiū sacrificium est
zelus animarū. imo plus est d̄co accep/

De peccato

qui et homini meritorum vnam aiam lu-
erari quod aureum mortem deo offerre. quia
una aia pcellit omnes thezauros totius
mudi. In Aug. Sicut deus oem crea-
turam: sic aia oem corpeam substatiā na-
tura et dignitate pcellit. In etiā Bern
Totus mudi ille p̄cius vnius aie esti-
mare nō pot. nō em. p̄ toto mudo aiam
suā daret xps: quam p̄ humana aia de-
dit. Scendū etiā q̄ multū salu-
tis erū est talib⁹ amarā mortē et passionē
xpi reducere ad memoriam. In Greg.
Si passio xpi ad memoriam reducat: ni-
bil tam durū quod nō equo aio toleret
Bern. Quid est qd tibi nō suave vide-
tur: si collegeris et memoraueris omnes
amaritudines salvatoris. Et signanter
cogitandū est de talib⁹ q̄no xps nonies
est ductus p̄ salutē peccatorū. Et p̄mo
mortē ut captus fuit tūc duxit fuit ad an-
nam. scđo ab āna ad caypham. tertio
a caypha ad pylatū. Quarto a pylato
ad herodē. Quinto ecouerso ab herode
ad pylatum. Sexto milites duxerunt
eū intus in atrium: et illuserūt ei pcutiētes
caput eius arūdine. Septimo duxit eum
pylatus foras de p̄torio portārem coro-
nam et vestē purpureā. Octavo ad locū
vbi aī tribunal stans iudicatus est ad
mortē. Non extra cūnitatē ad locū cal-
uarie vbi crucifixus est. Et rememoran-
do tales trāitus xpi: offerre debet tran-
scitū illum et mortē et penam ipi xpo p̄ pec-
catis suis. Et debent habere bonū p̄po-
situm q̄ amplius nūq̄ yellēt peccare si
diutius vñere debet. et sic deo p̄mitte
te aias suas. In exemplū legit. Fuit
miles q̄dam nobilis: h̄ criminosus. qui
tempore quodam ab inimicis suis cap-
tus fuit. et q̄ valde mortales inimicicie
inter eos erat: visum est eis expedire ut
in instāti occidere. Lernēs aut vir no-
bilis sibi mortem imminere et nullū esse
remedium vite: supplici voce dixit ad il-
los Rogoyos intuitu dei ut ad modicū
tempus mortē dignemini differte et ali-

cui sacerdotum possim peccata mea co-
fiteri. Et responderūt illi. Nō esset nō
hec dilatio ruta. ptingere posset ut cog-
nati cui et amici venientes et iperent te de
manib⁹ nostris. et esset error nouissimus
peior priore. Lui cum p̄cepissent ut se p-
sterneret ad decollandū: dixit hoc p̄bū
Deus tu scis voluntatem meā. Et subiū
xit. Anima meā virginis filio cōmitto,
sicq̄ decollatus est. Et erat tunc q̄dam
obesus in ciuitate. cui cū diceret q̄dam
audita morte tanti tyranī. modo mag-
num gaudiū habetis ppter aiam illius
facinoris militis. Respōdit demō. Ne
quaq̄. vnu em verbū moriens pculit.
pter quod saluatus est. Unde Bern.
Major est dei pietas q̄ queuis iniqui-
tas. Sicut em scintilla in medio maris
ita omnis malitia hominis ad dei mi-
sericordiam.

De sex operibus misericordie spiritualibus.

Opera misericordie spūalia meli-
ora sunt et nobiliores et utiliores q̄
corporalia. quia rāto illis corpo-
ralib⁹ p̄ferunt quāto spūis corporis antea-
tur. Et etiā quia quilibet homo potest
ea omni tempore exercere. sed secus ē de
corporalibus. quia pauper nō habet et
hospitē vel cibas. et sic de alijs. Primi
est instruere simplices ignorantes et errā-
tes: hortando eos ut a via erroris resipi-
scant. tum ppter dei offenditā cāuendā
tum ppter penam declinādam. tum ppter
celestem gloriam psequendam reuoca-
do eis ad memoriam quomō momenta-
neum est quod electat. et eternū quod
cruciat. et his similia. Et notandum q̄
talis informatio debet fieri cum lenita-
te. Gal. vi. Si p̄occupatus fuerit q̄s
in aliquo delicto: vos qui spūales estis
huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.
Et sciendū q̄ instructio fraterna in duo
bus consistit. videlicet in verbi exhorta-
tione. et sic litterati instruunt exhortan-
do. et boni exempli ostensione: ut boni

simplices vitā suā ostēdēdo: ut errātes
yndicēt habeāt instructores: nese vale/
ant ex ignorantia excusare. Sciendum
q̄ bonum exemplum & bona doctrina
et multum vtile in ecclesia dei. hoc pat̄z
qr ad exemplū bonoꝝ hoīm mltimali
hoīes q̄ sūt inimici dei ieunāt in q̄dra/
gesuma: q̄ alias nunq̄ ieunarēt: qr deū
nō multū diligūt. si exemplū ieunādi
in bonis hoīb̄ non viderent. Item ad
opera misericordie puocantur. s. qñ vi/
dent alios elemosynam dare. Item ad
audiendum verbū dei missas. & sic de a/
lijs bonis operib̄. Item ppter exemplū
bonoꝝ multi peccatores querunt a pec/
catis. & penitent. & sic saluant qui alias
damnaren̄. si exempla bona in alijs n̄
vidissent. Unde Greḡ. Nunq̄ pecca/
tores ad lamentum penitentie redirent
si nulla eēnt exempla bonorum q̄ eorū
mentem traherent. Item sciēdū q̄ ē
homini valde meritorium dare bonum
exemplum & bonam doctrinam alijs.

Quia ex hoc gaudium & meritiū eorum
augmentatur quotidie in celo. Unde Le/
sarius. Quantis exempla vere humili/
tatis & perfecte charitatis ostēderis. cū
tantis & p̄ tantis eterna p̄mia possideb̄.

I Scđm est corripe delinq̄ntem
in fraterna charitate dicēdo. Tu q̄s es
qui audes deū ad iracūdiā puocare. p/
rimū scādalizare. & teipm in corpe & aīa
dānare. Time deū: & noli hāc rem pessi/
mā perpetrare. Un Apls. Non voca/
uitnos deus in immundiciā: sed in san/
ctitatem. Et talis correctio deb̄ fici cū
lenitate non clamorose: alias esset plus
confusio q̄s correctio. Math. xvii: Si
peccauerit i tefrat̄ tuꝫ: corripe eū int̄ te
& ipm. Itē d̄z fieri ex charitate: nō ex in/
dignatiōe yl̄ ex p̄temptu. & cū utilitate il/
lus quē corripiſ: sic q̄ non q̄ras ostēta/
rōem. seu potestatē: h̄ illiꝫ utilitateꝫ. Et
aut̄ correctio frat̄na fiat cū lenitate & ex
charitate. tūc ille q̄ vult corrigeret alīū de/
bet quinq̄ considerationes seruac̄. qua

rum tres ponit Auḡ. sup illō Mat̄. 7
Hypocrita ej̄ce p̄mo trahē d̄ oclō tuo
Reliq̄s duas ponit Gregor̄ in moralē
Primum est q̄ debet considera si est ei
similis. id est. si est in eodem peccato vel
equali vel maiori. tunc maxime si est pec/
catum notorium: non debet om̄ino cor/
rigere: sed seipm prius debet emendaē.
& tunc eū ad penitentiā commonere. alī
as posset sibi dici illud ad Romān. ii.
Quid alium doces: te ipsum non doces
Augustin̄. Iudex in nullo eoꝝ sit iudic/
and⁹ que in alio iudicare est paratus.
Qui enim ex officio tenetur corrigerē de/
linquentes non debet hoc facere in pec/
cato mortali: h̄ ad min⁹ debet p̄us p̄tē
de peccatis suis. Si autem non est simi/
lis: tunc debet secundo cōsiderare si alī
quando fuit ei similis: & tunc sicut nol/
bat despici: sed compassionem ei impen/
di. sic nec debet fratrem suum peccanteꝫ
& penitentem despīcere. sed cōpassionēꝫ
& misericordiam ei exhibere. Eccl. viii.
Ne despicias homīneꝫ auertentem se a
peccato. & non improperes ei. Demēto
qm̄ sum oēs in corruptōe: Si at nō es
ei similis: neq̄ aliquando fuisti: tunc de/
bes tertio cogitare q̄ potes ei fieri similis
in futuro. Et ideo ratione talis dubiū n̄
debēs subp̄ire: sed delinquētib̄ p̄descē/
dere. i. Lox. x. Qui se existimat stare vi/
deat ne cadat. Augustin̄. Nemo ē q̄ se
curus esse possit in hac vita q̄ tota tēpa/
tio noīat. Si aut̄ nō es similis ei nec ei un/
q̄s fuisti similis: & de dei bonitate p̄fidis q̄
nūq̄ eris ei similis tūc debes quartovis/
dere si ille quis sic est rep̄hēsibilis sit ne in
aliq̄ cōmendabil. Si ille q̄ habet tot de/
fectus aliquos etiā habeat p̄fectus. Et
tunc ratione bonoꝝ illoꝝ que habet de/
bet supportare eū in his q̄ minus habet
Un Apoc. ii. volens apls rep̄hēdē ep̄i/
scopū in epheso. Primo ponit quoddā
viciū quod habuit dicens. Habeo con/
tra te pauca q̄ charitatē tuā p̄mā dñe/
liquisti. Sed statim ponebat quoddāz

De sex operibus

bonū qđ habebat dicens. Sed hoc ha-
bes bonū qđ odisti facta nicolaitarū. qđ et
ego odi. Similiter volens reprehendere
ep̄m sardis primo ponit quendā suum
defectū dicens. Nō inueni op̄ea tua ple-
na corā deomeo. Deinde statim ponit
quendā suū pfectū dicens. Sed habes
pauca noia in sardis: qđ non coinqnaue
rū vestimenta sua. Ecce postqđ apl's po-
suit illa i quib⁹ illi ep̄i erāt reprehēsibiles
statim subiunxit illa in quib⁹ erāt cōmē-
dabiles ad innuēdū qđ si aliquis ppter ali
quod vitius est reprehendendus. si tñ ha-
bet aliquid bonū est nihilominus sup-
portādus. Hato aut̄: qđ aliquis videat
oīno esse malus. nechabere aliquid bonū
pter quod sit tolerandus. tūc deb̄z co-
gitare quanto qđ iste qđ sic videt esse ma-
lus forte in cōspectu dei est sibi in meri-
to preferendus. Et ponit exēplū sanct⁹
gregor⁹ de sc̄to stephano et sancto pau-
lo. Nā cū bt̄n stephanus consentiente
et adiuvāte paulo lapidaret: tūc stepha-
nus oīno erat bonus. et Paulus omni
no videbat eē malus. et tamen in conse-
ctu dei paulus qui sicerat mal⁹ stepha-
no in merito et premio fuit pponendus.

¶ Querit ut̄ correptio frat̄na sit
in pcepto. Respondeo fm Tho. sc̄da
sc̄de. q. 33. qđ sic. sed quia pceptū affirma-
tiū non obligat ad semp. sed p loco et
r̄pe. Enī et omissione ei⁹ fit tripl̄r. Enī mō
fit meritorie. vt qndo quis oportunum
r̄ps inquirit. vel de ip̄is metuit: ne detei
ores fiat. vel ad bonāvitā alios impedi-
ant et huiusmodi. Secundo mō omit-
titur cū peccato mortali. sc̄z cū formida-
tudinū vulgi vel carnis cruciatio siue
pemptio dūmodo tñ hecita dominent
in aīa qđ fraterne charitati pponantur.
Tertio est pccm veniale quando sc̄z ti-
mort cupiditas tardiorē facit ad cor-
rigendū delictū fratris. nō tñ ita qđ si cō-
staret ei qđ fratre poss̄ a peccato retrahē
re dimitteret ppter timore vel cupidita-
tem quānntmo in aīo pponit charitatem

vt dicēt bt̄n Aug⁹. ¶ Ut̄ subdit̄ tene-
ant platos corrīgere. R̄deo fm beatū
Tho. vbi. s. Subdit̄ non tenent nec
debēt corrīgere platos correptione illa
qđ est iusticie. i. p correptionem pene Te-
nentur aut̄ correptione illa que est chari-
tatis si in eis est aliqd corrīgibile: ita tñ
qđ nō cū pteruia: sed cū mansuetudine et
reuerentia. ¶ Ul̄trūz correctio frat̄na
sit ppter sc̄dalum dimittenda. R̄deo
fm Tho. sc̄da sc̄de. q. 33. Correctio fra-
t̄na ordinat̄ ad emendatōem fratris. et
ido int̄m est computāda int̄ sp̄nalia bo-
na. q̄ntum hochomo consequi p̄t: qđ nō
pertinet si ex correptione fratris sc̄dalū
sef. et ideo si ppter sc̄dalum correptio di-
mittat̄. non dimittit sp̄uale bonū. ¶
Notādum q̄uis correptio frat̄na sit
sub pcepto: et ad hāc oēs teneamur pro-
locor et p̄ces qñ licet r̄valet. Sūt tñ qñ/
qz casus in qbus euadam⁹ hoc pceptū
Primus est: cū non est sp̄es correctōis
Enī puerb⁹. 9. Noli arguere derisorē:
ne forte odiat te. Secundus cum timef̄ deſe-
ctus p̄bationis. vt cū quis d̄ crīmī cor-
ripit: qđ non p̄t p̄bari. tunc cīm corripit
ens obligaret ad talionē si deficeret i p̄-
batione. Tertio cū plato tāqđ iudicinō
tum est factum. Quarto cū melio: i ope-
rivel eque bono vacare aliquis int̄cedit.
Quinto cuz multitudo et potestas est in
culpa. tūc correctio plus noceret qđ pro-
dēset: quia multitudo difficulter corri-
git et potestas. ¶ Tertiu op̄mū
sc̄die sp̄uale est consolare fidelit̄ omnes
in tribulatōne positos. Hoc supra moi-
dum est meritorium apud dēm acsi ip-
sum cōsolatus fuisses cū p̄p̄edit in crū-
ce: cū dicere potuit illud psal. Quesiū qđ
consolare: et nō inueni. Unde natura
docet cōpati p̄ximis. hoc patet in porc⁹
qui sibi mutuo ex naturali inclinatōe co-
patiuntur. hoc cognoscat̄ in hoc: qz cuz
vnus porcus ledit: tūc omnes accūrit
sic nos cōpati debem⁹ fratribus nostris
Enī Greg⁹ Omnes fratres sumus dei

potestate conditi. et ei sanguine redempti. et idcirco fratres nostros quoniamlibet pauperes et abjectos in nullo despicerem debemus. Et talis compassio est signum bonitatis in homine. **U**nus gregorius li. xxiiij. moral. Tarto qdque pfectio est: quanto pfectior alienos dolores sentit. immo naturale est quoniam membra compa- titur alicuius membro. Aples. i. Corinth. 12. Si quid patitur vnuus membrum tecum. Ergo quod non copat pxi est quod si membrum abscessum a mystico corpore christi. quod christus est caput: et omnes christiani in gratia existentes sunt membra eiusdem capituli. vñ Gregorius. Non aliter redemptoris nostri membra efficiamur: nisi adherendo et compatiendo pxi. Quid autem magnitudine accepit sic coram deo compati pxi ostendit Gregorius li. ii. moral. dices. Exteriora namque largies alicuius extra semetipsum tribuit. Qui ipso fletum ac compassionem pxi ptribuit: alicuius ei ex semetipso dedit. Tercia compassio est crux spiritualis: quam debemus portare post ihesum. **U**nus Gregorius in omel. Si quod vulnus venire post me. tecum. Quod mōis crux christi tollit. scilicet cum p abstinētiā corporis affligit: aut p compassionem christi animus etribula. **A** **T** Quartus est indulgere offenditoribus nostris toto corde et eos diligere. Math. 5. Diligite inimicos vestros benefacie his qui vos oderunt. Aug. in simone de bto Stephano. Per amorem hominis inimici efficiaris amicus dei. **U**nus quilibet libenter debet ignoroscere offenditoribus suis: ut deus ignorascat sibi offensionem suam. **U**nus Lu. 6. Dimittite et dimittimini Aug. de verbis apostoli unusquisque taliter indulgentiam acceptur est. quale ipse dedit pxi. Et tanta possit esse offensa: et cuius tali feruore posses indulgere pxi quod hoc indulgeret tibi oia peccata tua. **U**nus Gregorius in moral. Qui in se peccanti clementiter indulxit: nullum peccati vestigium in ei remanebit.

O **E** **U**nus queritur circa iā dicta pmihi diligere inimicos sit de necessitate salutis Rūdeo ptho. scda scde. q. 27. Dilectione inimicorum tripliciter

poteretur. Uno modo diligent inimicos in quantum inimici. Et h̄ est diligē malum alterius. Alio modo quantum ad naturā: scilicet universalis: et sic dilectio inimico est ob necessitate salutis ut scilicet aliquis diligēs deum et proximum ab illa generalitate inimicos non excludatur. Tertio modo potest considerari in speciali: ut scilicet aliquis in speciali mouetur motu dilectionis ad inimicos. Et istud non est de necessitate salutis absolute. quod nec moueri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter est de necessitate charitatis absolute: sed ppter pparationē animi. ut scilicet homo habeat animū pparatum ad hoc quod singulariter inimicū diligenter si necessitas occurseret. Sed quod absque necessitatibus articulo de ligat pertinet ad charitatis pfectionem.

P **C** **I**cē queris. utrum sit de necessitate charitatis. quod aliquis signa vel effectus dilectionis inimico exhibeat. Respondeo secundum btm Tho. scda scde. q. 27. Si in hominē in communione tenet diligere inimicū et non in speciali: nisi secundum pparationē animi: ut nūc dictum est. ita signa et effectus dilectionis que in communione consueuerunt pxi exhiberi: tenet etiam inimicis exhibere. pura: cū aliquis orat p omnibz fideliis: vel p toto mundo: vel cū aliquis aliquod beneficium impendit toti cōmunitati: tunc etiam secundum inimicis exhibere est de necessitate pcessus. et contrafacere potinet ad liuores vnde dicte. Specialia vero beneficia vel dilectionis signa que quis exhibet partiu- lariter aliquibz psonis: quod inimicis exhibeat non est de necessitate nisi secundum pparationē animi. ut si inueniretur in arciculo mortis. secundum illud Prover. xxv. Si esurē erit inimicus tuus: ciba illum. tecum. Sed hoc facere preter necessitatibus articulū pertinet ad pfectionem charitatis. p quam aliquis non solum caueri vici a malo: sed etiam vincere in bono malum. quod scilicet non solum cauet ne ppter iniuriam sibi illatam ptrahat ad odium: sed etiam intendit inimicū ad suū amorem protrahere.

De oratione

¶ Item querit. utrum inimicis vensā per tentibus teneamur remittere. Respondeo ex iniuria yl' damno dato alicui solēt in eo cui sit iniuria tria oriri. scilicet rācor i affectu. signum rancoris in effectu: et accusatio iuris contra iniuriantem. Primum et secundū tenet homo statū remittere: sed tertium non nisi satis faciat sed suum posse. ¶ Quintū est ferre persecutōes et tribulatoes patientē. ¶ Si ap'l's Persecutōes patimur et sustinem⁹. Da thei. s. Beati qui persecutōem patiuntur: Izydorus de summo bono Impossibile est ut homo sis: et non gustes angustias. dolor et tristitia omībū cōmunitia sūt. Qui ergo in flagellis murmurat: deus plus irritat: qui aduersa patiēter tolēat deum citius placat. Sciendū autē quod libenter debemus sufferre tribulationes ut per has liberemur a futuris malis. Greg⁹. Disserit adhibet dōrem poralem seueritatem: ne eternam infēat yltionem. Ideo hic quisbusdam parcat: ut eos in eternū feriat. Ideo hic ferit nō p̄cendo: ut in eternū parcat. Secundo quia dō singulis sufferentiis singulariter glificamur. Ap'l's. Nō sūt dignae passiones huius tpi. Izydo. de summo bono. Quivite future premia diligēter ex cogitat mala omnia vite p̄ntis equanimiter portat quando ex illius dulcedie huius amaritudinem temperat. ¶ Sextum est orare pro inimicis. hoc christ⁹ docuit verbo et exemplo. Primo verbo et doctrina cū dixit Matth. s. Orate p̄ sequentib⁹ et calumniantib⁹ vos. ut si tis filii patris vestri qui in celis est. qui solēt suū sup bonos et malos oriri facit. et pluit super iustos et iniustos. Secundo docuit hoc exemplo cū pro crucifixoribus suis orauit in cruce dicēs. Pat ignoscit illi: quod nesciūt quid faciūt. Hāc doctrinam bñ didicit bñ Stephan⁹ quod stādo p̄ se oraui: sed flexis genuib⁹ orauit p̄ inimicis. ¶ In hī Actuū. 6. Sicut nos debem⁹: se qui doctrinā et exemplū xp̄i: et fidelit orāē

p̄ inimicis nr̄is. ¶ In bñ btū Greg⁹. Ille preces suas multum valere facit. quod eas pro inimicis effundit. Sed heu aliqui petunt vindictaz a dō super inimicos suos. ¶ Innde Greg⁹. Iub; de⁹ ut diligat inimicus: et tñ roga dō Deus ut occidat inimicum. Quisquis sic orat: ipse suis precibus contra conditorem pugnat. Etta lis vindicativa oratio est multū periculosa homini in iūdo. quia fm dei iusticiam homo iste reus est: ut sibi hoc malū contingat quod alijs hominib⁹ sic orando optat. Insuper omnia bona opera quod talis inuidus operat nō sunt sibi meritoria nec deo accepta. ¶ In Aug⁹. in t̄rio fmone de beato stephano. Nemo se circumueniat nemo se seducat. Qui yl'vnū hoīez in hoc mūndo odio habet: quicquid dō in bonis opib⁹ obtulit: totū perdet.

¶ Explicit tractat⁹ dō sex opib⁹ misericordie
Incipit exposītō
super oratōem dominicā. A

Onus vnanimes ī oratione estote. p̄ma petri. Sicut dō glosa sup illō ps. Apō me oīo meavit mee. Illud quod iustificat hoīes in hac vita est ieiunū elemosyna et oīo. Et ista tria commendantur maxime a dō: et tñ oīo marie p̄cellit alia duo in qnq̄. Primo in faciente. quod officiū est multū facile. quod debilitas nō p̄ticiunare. nec paup elemosy! nā dare: quilibet tñ p̄t orare. ¶ In Psal. Apud me oratio mea sp. In Izyd. de sum. bo. Oratio est cordis: nō labiorū: nō em̄ ſ̄ba de p̄cantis deus attendit. sed orantis cor inspicit. Mēlarius est cū silētio orare corde sine sono vocis: quod solis verbis sine intuitu mentis. Ergo quilibet potest orare etiam mutus. saltē mētaliter: vel etiam in agone constitutus.

Secundo precellit oratio in iocunditate et honorabilitate. Nihil enim delectabilior nec honorabilius est hoc quod loqui cum domino omnipotenti. In Aug. sup ps. 85. Orationis tua locutio est ad deum. quando leges deus tibi loquitur: quando oras cum domino loqueris. Ergo in signum huius multis sunt officia que aliquibus cederent ad dedecus de quibus verecundare non sicut araret foderet. Sed orare quantumcumque nobiliter cedit ad decus et honorem. hoc patet: quod qui deuote orat: cum rege celesti loquitur. Ergo debemus cum reverentia orare propter dignitatem regis cum quo loquimur in oratione. Tertio precellit oratio in dignitate: quod si oratio eo modo fiat quo debet: scilicet deuote et attente. tunc secundum Wilhel. lugdunensis. Oratio est encensum deo valde gratum et ministerio angeloꝝ dignum. In Tobie 12. dixit angelus ad tobiam. Quoniam orabas cum lachrymis: et sepeliebas mortuos ego obtuli omeros tuos domino. In bern. sup illud psal. Intrat in conspectu tuo oratio mea. Sane virtus magna pure orantis hic nota est que quasi persona quedam ad deum intrat: et mandatus pergit. quo caro pacnire nequit. In etiam Aug. loquens de dignitate orationis dicit. Oratio est anime sancte presidium. angelo bono solamen. diabolo supplicium. deo gratius obsequium. Et non immerito secundum wilhelmu[m] lugdunum. Ita[que] christus qui in quantum homo est offert orationem nostram deo patri: quod signatur in hoc quod dyaconus in missa thuribulum tradit sacerdoti. et sacerdos thurificat. Sic christus orationes ecclesie deo presentat. quod presentatio misericordia facit eas valere. Quomodo autem a deo patre contemneat illud encensum: quod a tanto mediatore ei presentatur. Quarto oratio precellit in approximatōe ad deum. quoniam quod orat facie ad faciem a deum se constituit. Ps. Respice in me: et miserere mei. In de Bern. in quodam secundum monachum. Licet oī hora et omni loco oculi domini super nos speculantur: maxime tamen in oratione. licet enim

videamus semper. sed tamen etiam presentamus nos ostendimus quasi facie ad faciem loquentes. Elemosyna enim per manū pauperis ad deum mittitur. Jejunium per afflictionē corporis deo ostenditur. sed oratio immēdiata deū presentē alloquitur. Quinto precellit. quod est valde lucrosa et utilis. Quod potest ostendī ex hoc quod nihil est ad quod oratio valere non potest. In iij. Paral. xx. Cum ignoramus quod agere debeamus hoc solū residuum habemus: ut oculos nostros ad te dirigamus. Hoc est officium ex quo homo per lucrari omnī tempore. et in hyeme: et in estate: in sereno: et in pluviali tempore. de nocte et de die. festiū diebus et feriis. in infirmitate et sanitate. in iuventute et senectute. stado. eundo. in domo et extra domum. Et quoniam una hora lucrat hominem plus oratio quam valeat cuncta syna. quod lucrat homo modica oratione (cum deuota est) regnum eternum. Quoniam autem antiquis inchoetur est homo in statu damnatorum. et antiquis finietur est in statu salutis eterne.

Quomodo oratio dominica precellit omnes alias orationes

B Ratio dominicalis oīes alias orationes excellit in quantitate. Primo in autoritate. quod christus verus deus eam fecit et ordinavit. Si autem queritur. quod re eam Christus fecit. Rūdetur primo ut per ea deus honoretur. cum enim ipse deus noster sit pater et dominus merito est honorandus. In Malachie. i. Si ego dominus ubi est honor meus. Et ideo dicit Ecclias. xxxviii. Altissimus dedit scientiam hominibus honorare eum in mirabilibus suis. In etiam ad hoc monemur. ii. Machab. xv Honora deū. Scioque quid esset petendum doceret. In Machab. xx. Nescitis quod petatis. ne hoc dicatur nobis tunc ipsi se Christus formauist nobis orationem dominicam: in qua includuntur nobis omnia necessaria quae sunt nobis petenda. Tertio ut quis esset orans ostenderet. quod deus est pater omnium ad quem cura omnium pertinet. Sapientie. vi. Equa

Se oratione

litter est ei cura de omnibus. **S**cđo pre-
cellit alias orationes in breuitate. **S**z
queritur quare eā ita breue fecit Respo-
deo qđ specialit ppter tria. Primo ut faci-
lius possit capi et intelligi et melius reti-
neri. et tardius obliuisci. Secundo ut fre-
quentius possit dici et iterari et ne dicen-
tibꝫ fastidium generaret. Tertio: ut nul-
lus se posset excusare ab oratione. quia qđ
libet hō rationalis potē eā discere et omni
die discere. Contra hoc multi faciunt. qđ
quandoqđ p̄vnum vel p̄ duos vel p̄ plures
dies ppter occupationes exteriores obli-
uiscuntur dicere pater noster. sed que perti-
nent ad corporis necessitatēm nō obliui-
scuntur. quia nūqđ fuit talis occupatio
quā tempus illud sibi assumūt ut cibū
corporalem non negligant. Et hoc ē si-
gnū modicē dilectionis dei et etiam salu-
tis prie. **T**ertio excedit oratio domi-
nicalis in exaudibilitate. Est em̄ domi-
nica oratio magis exaudibilis qđ aliquid
alia oratio. Ratio ē: quia petitionē quā
quis ordinavit fecit non potest repelle-
re. Christus autem hanc orationem or-
dinavit. et fecit. ergo t̄c. **E**nī Ehr. sup
Dath. Pater hanc orationem non lu-
benter exaudit: quam filius non dicta-
vit. Quarto in fecunditate. Nam omnia
necessaria corporis et animetā in presen-
ti qđ in futuro in ista oīone concluduntur
Et sciendum qđ hec oratio ē valde sente-
tiosa: ideo debet attente et intelligibili-
tē dici. Dicit em̄ Raban⁹ sup **D**ath. qđ i
his petitionibꝫ omnia bona vite p̄ntis
et future continent. Fecunditas autisti⁹
orationis patet ex hoc. qđ omnia quest;
aut sunt fugienda aut desideranda. Deside-
rāda inquit uōz bona. fugienda in qntū
mala. Primo et principaliter inter om-
nia que desiderāda sūt honorem dei de-
bemus desiderare. et hoc tangit in pri-
ma petitione ibi. Sanctificet nomē tu-
um. Secundū est qđ ad regnū dei quen-
iamus. ideo dicimus. Adueniat regnū
nūm. et hoc est bonū glorie. Tertiū est

ut voluntatem dei faciamus. Ethoc ibi
fiat voluntas tua. et hoc est bonus gra-
tie. Quartū est. qđ ad istam vitam nccā-
ria habeamus. et hoc ibi Panem nostrū
Illa autem que fugienda et vitanda sunt
aut sunt mala p̄terita. et hoc ibi. Dimit-
te nob̄ debita nostra. Aut futura. et hoc
ibi. Et ne nos inducas in temptatōem
Aut presentia. et hoc ibi. Sed libera
nos a malo.

Quare dicimus pater.

Podo ad excitandū deuotōem
in nobis: tūc considerādum est. qđ
resic inchoat dñicam orōem dū-
cedo pater et nō dñs. vel deus vel crea-
tor. Respondetur qđ talia nō sunt amo-
ris. Et pater est nōmē amoris. **S**z ex quo
diligit nos paterne. et vult a nobis etiā
filialiter diligi. Ideo dī pater. **E**nī i.
Joh. iij. Vide qualem charitatem de-
dit nobis pater: ut filij dei nominemur
et simus. qđ si filij et heredes: heredes qđ
dem dei: coheredes autēz christi. **O**si
hanc nostram dignitatē fideliter pensa-
remus: merito deberemus omnī vicio
rū cōtemnere vilitatem. Quā dignita-
tem Aug⁹. cōsiderans ait. Ad maiora
natus sum qđ ut sim mancipium corpo-
ris mei. Cōtemnamus ergo servi cē pec-
atorum. quia ad hoc instituti sum⁹ ut
nominemur filij dei. Ad excitādum eti-
go charitatem et deuotōez dei in nobis
dicimus. Pater noster ut memorari de-
beamus qđ simus eius filij: si orōem no-
stram salubriter deo offerre volumus.
Sed noster dixit ut ostēdat qđ oratio de-
bet esse cōmunitis. **E**nī **L**ipanus de
oratione dñica sic dicit. Nō dicimus pa-
ter meus. Et pater noster. qđ pacis et veri-
tatis magister noluit singulatim prece-
fieri ne quis cum p̄cetur t̄m p̄ se p̄ceceret.
Scđo ut nos doceat humiliari ut nul-
lus se de nobilitate generi iactet et sicali-
os spernat. **E**nī Aug⁹. Monent diui-
tes et nobiles nō supbire minoribꝫ vel co-
sta minores. Nō em̄ possunt dicere ve-

re pater noster nisi fratres. **D**Er
go ad ostendendum q̄ om̄es homines tam
nobiles q̄ ignobiles sunt similes q̄ntū
ad p̄ncipium. quia om̄es a deo creati &
nudi in hunc mundum nati. quātum ad
medium. quia om̄es brevis vite. quātū
ad finem. quia om̄es in cinerem redigē
di. & post terminum vite. quia om̄es aī
tribunal xp̄i stabunt. & ibi fīm iusticiā iu
dicabūtur. Ad ostendendū talē eq̄ilitatez
tunc dicimus noster. Tertio dicit noster
vt nos instruat in uicem amare & auxili
ari. ex quo fratres sumus: sic vt unus p̄
alio oret. & damnū alterius suum repu
ter. sic faciūt germani fratres. Iaco. vi.
Orate p̄ in uicē vt saluemini. **E**nī Am
bosius in hexameron. Si p̄ te roges
tm̄ pro te solus rogabit. si aut̄ pro om̄i
bus rogas: om̄es pro te rogabūt. **E**nī
L̄hrisost. sup Mathēū. Pro se orare ne
cessitas cogit. p̄ alios aut̄ charitas frat
nitatis hortatur. Dulcior est aut̄ aī de
um orō nō quam necessitas trāsmittit.
Equam charitas commendat.

Qui es in celis. **E**Querit
q̄re hoc dīt Math. cū tñ vbiq̄ ē
deus fīm deitati. in terra p̄ misere
cordiā. in inferno p̄ iusticiam. in celo p̄
gloriam. Respondēo p̄mo: ideo vt nos
doceret spū mundo & corde puro orare:
vt om̄ia que sunt in celo sunt pura & mu
da. Johis. iiij. Spūs est dīcus & om̄es
qui adorat enī in spū & veritate adorare
eōptet. **E**nī Aug⁹. Nisi sit conscientia
pura a peccatis: a deo non exaudieris.
mūda tñ cubiculi cordis & intererit q̄ ex
audiet. Scđo vt celestia & non terrena
docer̄ nos appetere. iuxta psilium apli
Loloceū. iiij. Quae sursum sunt q̄rite: nō
que sup terram. Tertio vt ostēdat nob̄
locū ad quē creati & redempti sumus. et
ad quem om̄i die vnā dictā facere debe
mus. **E**nī Johis. xiij. In domo p̄is
mei māsiōes multestz. **E**nī apl's. Non
habem⁹ h̄ manentē ciuitatē: h̄ futurā in
q̄rim⁹. **E**nī Aug⁹. xxij. li. d̄ cī. del. Q̄d

de⁹ p̄parauit diligētib⁹ sc̄: fide nō capte
spe nō attingit. charitate nō p̄prehēdit
desideria & vota trāsgredit. acquiri p̄or
estimari nō p̄ot. Et ideo merito ad istā
celeste patriā anhelare debemus. Au
g⁹. li. ij. de ciuit. dei. O chare illā vitam
amplecti debuisti: ubi est vita sine mori
te. lux sine tenebris. iuuent⁹ sine senectute.
pax sine discordia. volūtas sine iniu
ria. regnū sine p̄mutacōe. q̄r nō amittit.

CPrima petitio **F**
Eancificef nomē tuum. Hec est
p̄ma petitio in q̄ petimus vt no
men eius sanctificet. Sed dice
ret q̄s. videt q̄ hec petitio sit in cōueni
ens. sp̄ em̄ eius nomē est sanctū. ḡ eius
sanctificatio hic nō debet peti. Respon
deo q̄ nō petimus ip̄m in se sanctificari
q̄ sic nullo mō est magis possibile. H̄
petimus in nobis sanctificari. i. q̄ in no
bis sanctū habeatur & sc̄m reputef & rā
q̄ sanctū honoref corde credēdo & amā
do. Juxta illud Esaie. viij. Dūm exercā
tuū ip̄m sanctificate in cordib⁹ vestris.
In ore ip̄m laudādo & p̄dicando. Da
nielis. iii. B̄ndictū nomē glorie tue san
ctū & laudabile. In ope bñ viuēdo H̄
beutā a plurib⁹ xp̄ianis nomē dei blas
phemaf potius q̄ sanctificaf. **E**nī de
hoc cōquerit p̄ Esaia p̄phetam dicēs.
Esa. lij. Jugif nomē meū blasphemā
tur. **E**nī Rho. ii. Nomē dei p̄ vos blas
phemaf. Hoc iā p̄t dici multis pecca
torib⁹ dei blasphemātib⁹. & qui contra
p̄ceptum dīliniū nomē assumūt inuanū
Sed q̄libet xp̄ianus bonus debet pe
ttere in orōne p̄mo & p̄ncipaliter honorē
dei dicēdo. Sanctificef nomen tuū. sc̄
in nobis. in corde p̄ fidam dilectōem. &
in ope per virtuosam executōem.

CSecunda petitio
Eueniat regnū tuū. Hec est se
cunda petitio q̄ iugiter nobis ad
uenire regnū patris celestis fer
uētissime exoptamus dicentes. Adu
nis regnum tuū. Et ista sc̄da petitio

Se orōne

Em Henricū defirmaria. conuenienter
seq̄tur ad p̄mam vt post adoptiōem fili
orum dei petamus regnum ipsius. qđ
p̄fiefilijs dei debetur. Et ē sensus. ad
ueniat. i. ad nos veniat regnū tuū. quia
nos mortalitatis pondere p̄grauati ad
illud venire nō possumus: nisi p̄ manū
sue gratie t̄ misericordie affectus noster
ad eius desideriū t̄ p̄secutionem miseri
cordis subleuetur. Dicamus ergo fidu
cialiter tanq̄ filij p̄ eius sanguinē rege
nerati. Adueniat regnū tuū Quia secū
dū qđ nobis post honorē dei est deside
rādū est regnū celeste vt illuc p̄ueniam⁹.
Et hoc petimus hic in secūda petitio e
dicendo Adueniat regnū tuū. i. ad nos
et in nos. s. vt regnes in nobis in p̄senti.
Juxta illud Luce. xvij. Regnū dei int̄
vos est. Et vt in futuro tecū regnemus
cū dicturus est electis suis illud Matth
xxv. Venite benedicti rc.

Et volūtas tua sicut in celo et
in terra. Hec est tertia petitio in
qua petimus nobis bonū sp̄uale quod
ptinet ad meritum nostrū. Et fm Hen
ricū defir. hec petitio recto ordine sequit
ad scđam. Qđ grūm em̄ est vt cui⁹ regnū
postulam⁹: ei⁹ volūtati in oībus pare
mus Sciendū aut̄ qđ de⁹ sp̄caliter vult
qđ nob̄ tria. Primū vt queramur a pec
catis. Ezech. xvij. Nūquid volūtatis
mee est mors imp̄. Idē. Nolo mortez
pctōris. Et ideo expectat vt misereſ no
stri. Gl̄ Aug⁹ in li. de vita xp̄iana Si
deus patiēs nō eſſ: iā genus humanū
defeciss; Nec iustos d̄ peccatorib⁹ habe
rem⁹ si deus p̄festim vellet punire pctō
res. h̄ vt sero pctōr̄ querat̄ t̄ viuat pa
tient̄ expectat̄ Exemplū de maria mag
dalena. petro t̄ paulo. t̄ sic de alijs: qui
om̄es in inferno arderent si miscdia dei
eis nō subuenisset t̄ eis vitā ad emēdā
dū plongasset. Scđm qđ deus a nob̄
vult est. vt in melius pficiamus. Und
apl̄s. Hec est volūtas dei sanctificatio

vestra. Quia sp̄ pficere in melius debe
mus. qđ nullns p̄t stare in via dei qđ an
tecedat v̄l retrocedat Hoc p̄t fm Ber
nar. In via dei stare regredi est Tertiū
ē qđ vult q̄ oēs saluemur. Ap̄l̄s Vult
oēs saluos fieri. Et hanc triplicē volun
tatem dei petimus hic a nobis impleri.
qđ sine suo munere fieri nō p̄t. Gl̄ An
selmus. Nā sicut deus nō operat̄ bonū
in hoīe nī hō voluerit. Sic nec hō p̄t
facere. nisi haberit dei adiutoriū. sicut
nec semē sine terra. nec terra sine semine
fructificat. sic nechō sine deo. nec de⁹ si
ne hoīe bonū operat̄ in hoīe. Sequit.
Sicut in celoz in terra. Gl̄bi sciendum
fm Henricū defirmaria. Per celū intel
ligunt̄ viri iusti t̄ p̄ terrā intelligunt̄ pec
catores. Et sit sensus. q̄ sicut volūtas
tua sit in bonis t̄ iustis hoīibus tibi fide
liter obsequētib⁹. Ita etiā fiat in terra.
id est in ip̄is peccatorib⁹. vt sc̄z ad te cō
uertant̄ t̄ tibi seruit̄ Ergo orās in hac
clausula debet dirigere intentōem in de
um optādo oībus pctōrib⁹ veniam t̄
grām t̄ iustificatiōem a peccatis. vt t̄ ip
si volūtatem dei sicut t̄ iusti salubriterg
ficere valeāt. Scđo mō fm scđm Tho.
Per celū intelligunt̄ sancti t̄ angeli in a
lo exītes. h̄ p̄ terram in terra viuentes.
Et sit sensus. sicut in ciuib⁹ celi sic in ci
uib⁹ terre. Hoc est sicut sancti t̄ angel
i p̄formāt voluntatē suam volūtati dū
uine in celis. sic faciant hoīes in terris.
Sed cōtra hoc faciūt q̄ murmurāt con
tra deum in tribulatiōibus. Et hoc est
signum carentie dūvine gratie. Sicut
vas vacuum magnam resonatiām fa
cit. t̄ currus nō vñctus cum clamore in
cedit. sic et tales. Sed boni christiani
voluntatem suam deo conformant ex
emplo christi qui dixit. non mea sed tua
voluntas fiat. Unde Cassiodorus su
per illud psalmiste. Voluntarie sacrificū
cabo tibi. Voluntarie deo sacrificant
qui inter angustias passionum iugiter
gracias agunt;

Quarta petitio. **H**anc nostrum quotidianum da nobis hodie. Hec est quæta petatio qua petimus post bonum spirituale bonum corporale. id est necessaria invita presenti quibus valeamus peruenire ad patriam. Nam per panem omnia necessaria intelliguntur. Ecclesiast. xxix. Initium vite hominis panis et aqua. Scendum autem quæ necessaria corporis a deo petenda sunt: quia ipse dat essem omnium carnem. Psalmis. Oculi omnium in te sperant domine. Modus autem quo petere debeam ista epalma nobis pulchre in ista petitione demonstrat. Nam hic insinuat: quæ a nobis deo tolli ois cibi superfluitas. Ideo dicit Panem nostrum Item omnis cupiditas et omnis superflua sollicitudo. Ideo dicit quotidianum da nobis hodie. Contra illos qui ad annum: immo ad annos plurimos ista penitentia: et cum nimia sollicitudine ista temporalia colligunt: ut ille diuines de quo in euangelio dicitur: qui dixit. Anima mea habes multa bona in annos plurimos. Et responsum est ei. Stulte hac nocte repetent dibaboli animam tuam a te: et ea que congregasti cui manebunt. Item dicit dominus: per hoc nobis insinuatis quæ non debes per te recipere: sed a dato re oim. i. a deo humilietur petere. Ille enim qui sercepit quæ iniustelucrat: quæ hoc deus sibi non dat sed per sercepit. Quo ergo orant usurarij: fues. et ceteri quia omnia iniuste lucrantur. qui dicunt dominus: cum ipi per se contra deum et salutem propriam talia recipiunt. Item dicit dominus. per hoc insinuans: ut nullus sibi temporalia appro priet. Chrysostomus. Omnia que dat dominus: siue orantibus. siue militantibus non solum nobis dat: sed etiam alijs dat per nos. ut cum de eo accipimus a deo petenti partem faciamus. Unde etiam beatissimus Augustinus. de verbis domini secundum monachum. 42. De meo voto quod ait christus. da mihi et redda tibi. Ha viuisti melargitorum: fac me debitorum

pauca mihi das pluravtique tibi reddam. Terrena mihi das: celesti a vtiq; reddam. Epalma das: et eina restituam: immo me metipm etiam tibi restituam. Secundo in hac petitione nomine panis spiritualis panem petim. id est sacramentum eucharisticum: quod est robur anime et medicina spiritus muniens. cibas et confortans in via presentis vite contra omnes spirituales defectus. Unde Iohannis. vi. christus ait. Ego sum panis vivus qui de celo descendit: si quis manducauerit ex hoc pane. vivet in eternum. Unde sanctus Thomas de aquino. Panis qui petitur. deus est: qui est cibus angelorum. refectio beatorum qui in celo datur: et in terra comeditur. Quo sancte quis vesus fuerit mortem in eternum non gustabit. Unde etiam Chrysostomus. Panis vite christi est: hunc autem dari nobis quotidie postulamus: ne qui in christo sumus: et eu charistiam quotidie accipimus impen diente aliquo graui delicto dum a christi pane prohibemur. a christi corpore separaremur.

Quinta petitio. **I**mittenobis debita nostra: si cut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hec est quinta petitio: in qua petimus remissionem omnium peccatorum nostrorum in deum: in proximos: et in nosmetipso. Que ritur quare christus dixit: dimittenobis debita nostra et non peccata nostra: Respondet enim Henricum de firmaria: quæ christus melius dixit. dimitte nobis debita nostra: quæ si dixisset. dimitte nobis peccata nostra. Nam plus petimus dicendo dimittenobis debita nostra. quam si diceremus. dimitte nobis peccata nostra. Nam in primo petimus dimitti nobis culpam quam penam quam tenemur exoluere pro peccatis nostris. Quod non fieret in secundo. sed dicendo peccata: quæ peccata quæ dimitti quæ tum ad culpam: et tamen remanet reat quæcumque ad penam.

De oratione

Equisetur. Sicut et nos dimitti-
m debitoribus nostris. Hoc signa-
ter addit. quod alias non fieri remis-
sio peccatorum: sicut clare in euangelio
patet ybi christus dicit. Cum stabitis
ad orandum: dimittite si quid habetis
aduersus aliquem. ut pater vester cele-
stis dimittat vobis peccata vestra. Unde
beatus Bernardus. Si vis ut ti-
bi peccata dimittantur. omnis rancor et
indignatio a corde tuo euellatur. Scilicet
enam qd secundum Henricum de firmaria
in lesionem qua quis leditur ab aliquo
est duo considerare. videlicet ipsam cul-
pam que ex lesionem incurritur: et illam so-
lus dens remittit. Et etiam rancorem
quem quis concipit contra illum qui ip-
sum lexit. et illum tenemur dimittere si
velimus nobis a deo dimitti. Quia ali-
as quis peteret contra seipm. scilicet qd
deus sibi non ignoscere: sicut ipse alius
non vult ignoscere. Unde Cyprianus di-
cit. Nulla est tibi accusatio in die iudicij
cum secundum tuam propriam sententiam
fudiceris: et hoc quod alius feceris: tibi
ipsi patiaris. **Q**ueritur utrum
peccatores possunt vel debent hoc dice-
re: sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris: cum tamen adhuc stant in ran-
core contra proximum. nec sibi indulse-
runt: nec indulgere intendunt. Ut idetur
qd non: quia mentiuntur: et mentiendo
peccant. ergo non debent dicere illayer-
ba. sicut et nos dimittimus debi. n. i do-
minica oratione. Dicendum qd peccato-
res dicere debent. nec maliuntur. qd hec
oratio est communis. Et licet non habeat
veritatem ex pte eo: tamen habet veritatem
ex pte ecclie in persona cui dicitur. Unde
dicit bernardus Thomas secunda secunda. q. 83. Du-
ceremus clementissimo pluvaliter dicere qd ob-
mittere.

Sexta petitio.

Et nenos inducas in temptatione-
ne. Hec est sexta petitio in qua
petum preservari a futuris malis

et a peccatis. sicut antea in quinta petitio
petuum indulgeri nobis preterita ma-
la et peccata: sic hic in sexta petum preser-
vare a futuris malis et peccatis. Scien-
dum atque in hac petitione non petimus
ut simili non temptemur: sed ne inducamur
in temptationem. Ille enim inducit in temptatione-
ne qui superat et caput: sicut pisces in reti.
Enim enim fuit temptatus. sed non in temptatione-
nem ductus. Unde beat Thomas Aquino.
Non enim petimus: ut non temptemur
quia temptari non est malum. sed magis elat
virtutis exercitium quoniam viriliter resistitur
Enim et Augustinus. Temptatio cui resistit non
est peccatum. sed magis causa exercitiae vir-
tutis. **L**et secundum etiam qd necessarium
est qd temptamur. quod magna pars meitorum
nosterorum persistit in sustinendo tribulationes
et in vincendo temptationes. quod alias operae
exercitia bona modica sunt. Unde Augustinus
Nullus hominem est recta iusticia predictus: cui
non sit necessaria tribulationis tempta-
tio ad perficiendum. Unde Bernardus. Quotiens
restiteris: totiens coronaberis. Permit
tunc enim super nos temptationes a domino: ut
temptati resistamus. resistendo vincamus
vincendo mereamur vitam eternam. Unde
Hieronimus in epistola. Quis secundum sine certa-
mine coronatus est. Unde Augustinus. Si nullus
esset hostis: nulla esset pugna. Si nulla
pugna: nulla victoria. Si nulla victo-
ria nulla corona. quod si in apostolico Nullus co-
ronabit nisi qd legittime certauerit.

Septima petitio.

Ed libera nos a malo. Hec est
septima petitio et ultima illius no-
stre dominice orationis. in qua peti-
mus ab omni pernitenti malo liberari. Ut et
go Cyprianus dicit. hoc petimus ut ab
omni malo imminentि liberemur. et me-
rito. quod totus mundus est plenus pericu-
lis. Et nos vnde sumus circumdati multi-
tiplicibus laqueis. quod supra habemus timo-
rem in ordinatione: ab infra amore in ordinatione
ab antevoluntate puerorum. a retro pecca-
torum posteriorum delectationem. a destra et

cellētiā in p̄spis. a sinistris īmpatientiaꝝ
in aduersis. Sicut ergo quocunq; nos h̄tū
m̄diabolum īssidante nob̄ habem⁹.
Ergo merito diceret clamaē deberem⁹
libera nos a malo. **D** **C** Itē in hac
petitō e petim⁹ liberaria malo pene ifer-
ni. et merito. qz hec pena est ḡuis nimis
Hoc p̄z. qz minor p̄ea īfernī excedit oēz
penā mūdi. Unū cū querereſ a qdaꝝ be-
remita: cur se taz dure affligeret. Rñdit
Tot⁹ laborvite mee nō ē compabil' ad
vnam diē tormentoz q̄ peccatorib⁹ ī fu-
turo seculo reseruant. Unū Aug⁹ etz de
verbis apli. f̄mone. 88 Quecunq; sūt
īigne et no minorata mortēta: peioravtq;
sūt q̄ que formidas ī hoc seculo. Isido-
rus ī synonūmis. Intēde aio q̄scūq; toz
metoz dolores: q̄scūq; doloz acerbita-
res: cōpara hoc totū gehēne: et leue ē oē
qd pater⁹. Itē illa pena n̄ solū ē acerbissi-
ma: h̄ etiam etna. Unū Math. xxv.
Ibunt h̄i suppliciū etnū. Unū etiā Hu-
go d̄ sc̄tō vic. li. i. d̄ aia. Quis putas tūc
meror erit: q̄ tristitia: cum sepabunt im-
pij a cōsortio sc̄tōrum et a visione dei. Et
traditi in potestatē demonū ibūt cū ip-
sis ī ignē. ibiq; semp erunt sine fine in lu-
cū et gemitu.

Oclusio ōzonis dñice.

Hen. Pro quo nota fz H̄cī/
cū de firmaria. Ip̄e christus si-
gnanter concludit istā ōzoem p̄
hocvocabulū. Amē. In quo verbo op-
rat adimpletio oīm petitionū p̄dictarū
Que quidē dicitio fm Aug⁹. nec ē greca
neclatina. h̄ hebrayca. Et idē signat q̄
fiat. Fiat aut̄ hec dicitio h̄z triplicē effica-
ciā et p̄tutē. nā p̄cludit ōzoem. Ideo fm
Hieron. dicit signaculū ōzonis eo q̄ ip-
sam claudat et p̄ludat. Sc̄dō recolligit
orātis intentōem. qz cū dicim⁹ amē: in/
tentio nostra summātum fertur sup oīa
p̄cedentia. et si aliqd ex humana fragili-
tate per destructōē metis absq; actuali
intētōe ī tota ōzone eēt p̄rāsitū: ad illō
impliante redditū intētō dīcēdo. Amen;

C Tertio īpetrat exauditōē. est cī amē
ip̄etratōis nota. Unde Rabān⁹ dicit
Per hoc q̄ dicit dñs amē: signat̄ndu,
bitanter nobis a dño conferi omnia q̄
rite postulamus. Et in hoc terminatur
expositio huius sanctissime ōzonis ch̄z
ore prolate: cui est honor et gloria ī seculi
lorum secula.

Expositio sup angelicā salutatōem incipit.

A Gle Maria gratia ple-
na Sciendum q̄ ista sa-
lutatio angelica est ma-
rie virgini valde gratio-
sa. Cum em̄ salutat̄ hoc
valde gratiose et letanter
recipit. qz tale gaudium habet ex saluta-
tione ista deuote dicta quale habuit q̄s
fuit ab angelo salutata. Nec mirum. qz
ibi recitanſ sex maxia p̄uilegia virginis
marie. **A** **P**rimū ē: q̄ ip̄a fuit spe-
culū toti⁹ mūdicie. qd nota p̄ h̄ qd ibē
dicitur aue. i. sineve alicuius culpe siue
macule. Fuit ei sine macula in corpoe. et
sine culpa in mente. Ip̄a ei habuit puls
christudinem mentis et corporis. Eantic.
4. **T**ota pulchra es amica mea. Ip̄a
cū fuit pulchra. qz omnes virtutes in se
habuit: ideo merito dicit tota pulchra:
Aug⁹. Si oēs sanctos interrogare. et c.
Itē Aug⁹. i. ii. li: de ci. dei. Virgo pul-
cherrima inquit h̄go d̄ decora corpore aīz
fulgida. fide perspicua. mēte clara. Hie-
roni. Dei genitrix speciosa p̄dicitur ve-
lut colubia. pulchra: vt luna: electa vt sol
Et in hac dictione petendum est ab ea:
vt te iuuet: vt hic peniteas. et vt in agōe
sine macula mortalis criminis inuenia-
ris. Quia fm p̄s. Mors p̄ccoz pessi-
ma. **S**c̄dō p̄uilegium quia ip̄a est
lucerna ciuitatis supne qd nota in hac
dictione maria. qd interptat̄ illumina-
trix. Bernardus. Marie p̄sentia totū
illuminaſ orbi a dō ut ip̄a supna cūz

De Angelica

tas clarius nutilet virgine lampadis illustrata fulgoribꝫ. Sciendū qꝫ hoc non men maria in ipa salutatione angelica est valde attēter deuote nominādū. ¶ Primo qꝫ hoc nomen maria deuote nominatū mentē illūiat: Lanti. i: Oleū effusū nomen tuū. Secundo affectum in flammat Bern. O multuz amabilis. o magna. o pia. o dulcis maria. In nec noīart qđē potes qn accendas. nec cogitari quin recrees affectus dulcedinem. Tertio quia demōes fugat. Bern. Fluuntz pereūt: sic cera a facie ignis demōnes: vbi cunq; inueniūt crebram huius nomis inuocationē: deuotā recordatiō nem. sollicitam imitationē. Quarto i pīculis adiuuat. Bern. In angustijs t̄ rebus dubijs mariā iuoca. mariā cogita. non recedat ab ore: nec recedat a corde. Et in hac dictione petendum est ut ipsa illuminet mentis tue tenebras ad cognoscendū teipm. Bern. sup cantica Scio neminem absq; sui cognitione saluari: de qua nimiz mater salutis humilitas orit t̄ timor dñi qꝫ t̄ ipē sicut est ini ciūm sapientie ita t̄ salutis. ¶ Ch. V. Multo melior t̄ laudabilior es si te cognoscis: qꝫ si te neglecto cursū syderū. vt res herbaꝫ. cōplexioneꝫ hominum. naturas animalium cognosceres. et scientiam omnium celestium t̄ terrestriū beres. ¶ Tertium est. qꝫ ipa est aqueductus siue dispensatrix celestis gratie. qđ notatur. cum dicitur gratia plena. Nam ipa est fons effluens omniū gratiarum. Et ipa comparatur collo. Q: sicut xp̄s est caput: t̄ nos membra. sic ipa ē collū quia per ipam gratiam in nos infundit Bern. Totius boni plenitudinez posuit deus in Mariam. vt quicquid habes gratie: ab ipa redundare scias. Nec mirū quia ipsa habuit fontem omniū gratiarū in se: t̄ illa fuit maior gratia qꝫ recipere potuit. Non enim posset maior gratia intelligi. nisi qꝫ ipsa esset mater dei. Qualiter autem gratiosa sit omni

bus: hoc patet in hoc. quia ipsa est gratiosa t̄ iuuat nos in vita. in morte post mortem. In vita si sumus iusti gratiam nobis augmentando. Unde dicit marter gratie Si peccatores veniam impe trādo. vnde dicitur mater misericōdie. In morte a demōibꝫ defendēdo. Unde canit de ea. Tu nos ab hoste protege. Et post mortem animas in celum deducendo: Unde canitur d̄ ea. Et i hora mortis suscipe. ¶ Quartum qꝫ ipa est thalamus regis glorie. Quia scilicet nouem mensibꝫ in eius ytero habitauit Qđ notatur cū dicit. Dñs tecū. Ecclesiā. 24. Qui creauit me: requieuit in tabernaculo meo. Fuit ei secū deus pater qꝫ fecit eā potentem. deus filius qui fecit eā valde sapientem vt cognoscat defectus nostros. Deus spūssanctus qui fecit eā valde de mentem. Ergo confidere debem⁹ in eā quia ipa est potens. t̄ cuꝫ hoc cognosat etiā defectus nostros. et est misericors: quia libenter vult nos iuuare. Et quando dicas hanc clausulam domin⁹ tecuꝫ tunc petere debes. Op̄yssima medialrix dñs sic p̄ te meū. qđ longe est a peccōribꝫ. ¶ Quintū qꝫ ipa ē dignissima omnium creaturaꝫ quare merito deo te est salutanda. quod notat cū dicitur. Benedicta tu in mulieribus. Ubi dicit Nicolaus de lyra. Pre omībꝫ mulieribꝫ id est mulieres bñdicent in te: sicut pater in filio. Sed Nicolaus gorra super lucam dicit sup predicta fr̄ba. Sunt aliqui mulieres benedicte quia virgines: s̄ non fecūde. aliqui qꝫ fecūde. sed nō virgines. Sed hec simul virgo fuit t̄ fecūda: id sup oēs mulieres bñdicta: Item beata maria est benedicta sup om̄es virgines viduas t̄ coniugatas. Primo sup om̄es virgines: t̄ h̄ primo in p̄nitentia. quia prior virginitatem youitz seruauit. Secundo in puritate quam post deum maiorem habuit inter omnes homines. qꝫ castitatem transfudit in altos homines eam intuentes. Tertio in fecunditate.

qua virgo et mater extitit. Que nec sumi-
lem habere visa est. nec habere sequen-
tem. Ergo canit de ea in hymno. Vir-
go singularis. Item supervividus. Pri-
mo quia fuit in orationibus et deuotio-
ne feruentissima. Secundo in operib-
us pietatis quo ad filium magis assidua.
Tertio in castitate magis pura. Item
super coniugatas: quia in ea fuit proles
dignior: immo ipsa est super angelos om-
nes et sanctos. Unde canitur de ea. ex/
altata est sancta dei genitrix super cho-
ros angelorum ad celestia regna.

QItem sciendum quod beata virgo est me-
rito benedicta super omnes mulieres. quod
quis fuerit pulcherrima mulierum: ta-
men a nullo potuit concupisci. et assigna-
tur tres rationes. Prima est: quia talis/
ter se habuit in omnibus factis et verbis
quod nulli dabat occasionem peccandi: sed
mouebat cor cuiuslibet ipsam intuentis
ad deuotionem propter eius laudabilem
vitam et bonum exemplum. quod dabat
et laudabiles mores quos habuit in omni
conuersatione sua. Sic adhuc virgi-
nes et mulieres deberent seregere exem-
plum marie. Secunda ratio propter luminis
claritatem que de eius facie exhibat. que
homines in admirationem inducebat.
et ad laudandum deum tam nobilitate
et pulchritudine creatura. Tertia ratio. quia
deus occultabat in ea omnia que pote-
rant esse incitamenta ad libidinem. Et
redit illam gratiam omnibus intuenti-
bus. ut non inordinate mouerentur. sed ad
bonum. quod eius puritas alioz corda me-
dullitus penetrabat. et in eis oculis motus
illatos extinguebat. Istant puritatem
non habuit beata agnes. nec beata kath-
rina: nec sancta margareta. quod quis non
concupinaverunt alios: tam ab alijs fuerit
concupite. ut patet in legendis earum de
Quia ea puritas non erat tanta quod in
tuncum corda penetraret. et illatos mo-
tus in eis extingueret: sicut puritas bea-
te Marie faciebat. Ergo dicit bene/

dicta inter mulieres. **R** **C**ertus
privilegii est. quod ipsa per tulit nobis benedictum
fructum vite. quod nota est ibi. **B**enedictus fruc-
tus vestris tui. **I**ste fructus est iesus christus
filius dei qui nobis attulit benedictiones et re-
demptiones totius humani generis. **I**ste fru-
ctus benedicti debet a nobis. quod nos prouile-
giauit per angelis. Primo humanam natu-
ram assumendo. ad Hebreos. iiij. Nusquam enim
angelos apprehendit semen abrahe. Se-
cundo passionem et mortem per nobis toleran-
do. per misericordiam Petri. viij. Christus per nobis passus est
In Esa. liij. Propter eum vulneratus est pro-
pter iniqtates nostras. Angeli peccauer-
unt silentem et permissi parentes. ipse autem non redemit
angelos sed homines sua amara passionem et per-
cioso sanguine. Apoll. i. Lho. vi. Emp-
tit estis per misericordiam magno: glorificate et porta-
te dominum in corde vestro. **T**ertio quod omni ho-
ra paratus est nos recipere ad gram et nobis
indulgere oia peccata. Ezech. xvij. In quamque hora peccator ingemuerit et tecum. quod an-
gelis non fecit nec faciet. quod nunquam misere-
bitur eorum. **Q**uarto ministrando nobis
carnem suam in cibis. et sanguinem suum in
potum. Joh. vi. Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus. quod mandu-
cat meam et tecum. Angelis enim sufficit eum pretem
plari quem nos sumimus in sacramento.
Quinto. quod in celo habebimur dupli-
cem visionem et gloriam. quia cum angelis vesti-
debimus oculis aene deicitate. et ultra hoc
oculis corporis videbimus humanitates
christi. et cum hoch habebimus duplicem stolas
glorie. quod glorificabimur in corpe et anima.
Sciendum quod in ultima clausula desidera-
re debemus illam benedictionem quam iesus
marie filius datur est suis dilectis et elec-
tis in nouissimo die cum dicet suis electis
illud Matth. xxv. Venite benedicti prius
mei: precipite regnum. **E**xemplum de beatâ vir-
gine. Fuit in britannia iuvenis quodam nobilis:
quod quis seculo anterior deditus esset. tamen
beatâ virginis fuit deuotus in hoc quod ei sin-
gulis diebus quinque genas salutatores per-
soluit. **Q**ui confirmatur ad extrema produc-
tur. ex?

De symbolo

est. **L**ūq dñi lacusset mortu⁹ reuixit. et mulieri assideti sibi dixit: **E**cce voca sacerdotem. Sacerdos adest et cora oib⁹ cōfite⁹ dices. **E**go fui raptus ad tribunal xp̄i. et cū in trib⁹ maxime accusarer a de monib⁹. et feris deberet s̄nia ḥ me: p̄iſſū ma m̄i rogauit filiū suūt ad corpus redire locum penitētie suscepturnus qđ et factum est. **E**nī de peccatis erat qđ decimas ex agris meis et bonis nō cōplete dedi. Secundū qđ pisces cuž socijs meis de religioz̄ piscina cepit comedi. **T**er cium qđ segetes pauperū cū canib⁹ vennatic⁹ culcaui. Ad hoc rustic⁹ ab eo dānum passi dixerūt. **L**ur debuist dñe p̄ his dānari: cū yobis hoc puro corde dī miserimus. **A**cilla vestra remissio n̄ sufficit mihi ad salutē. qđ dicitur eraž ad sol uendū qđ vos ad relaxandū. **H**ec dices: iussit dama restituī. et sic decessit.

.28.
Exemplū aliud de beata virgine sū it quidā vir nobilis: **H**tyrannus totus erga suos et alienos vt oēs vindictaz pe teret a deo de eo. et hūc p̄tigit infirmari ad mortež. Qui aduocans ep̄m loc illi us pure cōfessus est. a quo petiuit: vt sibi sanitatē apud deum impetraret. Qui ep̄us (qđ bonus erat) obtinuit sibi sanitatem: p̄stic tamē prius fide: qđ cetēo neminc lederet. **Q**uo qualescēte amplius indifferenter oēs lesit. ita vt nō soluz ei: **H**ec etiā ep̄o oēs malediceret. Post hoc iterū infirmatus est et oppressus ignea cro sicut prius adeo ut oia eius membra arderet. et de vita desperaret. **V**ocauit igitur ep̄m p̄mittens satisfactionē de fidēno seruata: vt tē sanus fieret. qđ renuist recedens cū indignatio e. **A**ppropi quante autem morte clamauit: et beatā virginem inuocauit. **E**t respiciēs in celū vidit in aere pendentem filiū dei oīpo tentis in cruce. et matrem suam sibi astā tem et orantem p̄ se: **A**t iesus ait. **D**ac non possum facere. Ecce em rursus crucifixit me. et ostendit ei cicatrices sanguineas. **Q**uod ydēs peccator; ī gemūt ex

clamās voce magna. **O** bone Iesu si te crucifixi peccatis meis: matrē tamen tu am semp honorau. īeiunauerat em omnis sabbato ad honorē beate virgis. **L**ūq sic clamaret audiuit vocē Iesu dicētis m̄i oranti **E**cce mater dedit eū tibi. et sa nat⁹ est. Qui postmodū ablata restituit et vitā emēdauit et laudabili fine q̄euīt

Incipit expositū

super symbolum apostolorum. **A**

Omnis qui viuit credit in me nō morietur in eternū. **J**oh. xi. **S**ciendū qđ fides freqnter est p̄dicanda fide lib⁹. et ab eis diligēter custodienda. qđ est fundamētū oīs boni. **G**ū apl's. Fundamentū aliud nemo p̄t. ponere p̄ter illud qđ positū est. qđ est Iesus xp̄s. i. fides xp̄i. **A**ug⁹. Fides est bonū fundamentū. fides est humane salutis initī. sine hac nemo ad filiorū dā numerū potest puenire. **H**ebreorū. xi. Impossibile est sine fide deo placē. Et go vt deo placere possimus debem⁹ habere fidem rectam. integrā. et firmaz. qđ fīm apl'm ad **H**ebreos. x. **J**ustus ex fide viuit. **G**ū etiā **E**hrast. in tractatu desymbolo. Fides religionis catholice lumē est anime. ostium vite. fundamen tum salutis eterne. **N**os igitur defide et clesie sumus locuturi. **T**unc sciendum qđ in symbolo apostolorū duodecim s̄t articuli fīm numerū apl'oz a quibus cōpositum est. Nam duodecim apl'i zgregati descripsérūt duodecim articulos si dei in p̄mo cōsilio. de quo habet actuū xv. **L**uius p̄ma diffinitio fuit data per beatum Petru. sed beatus paulus non habetur ibi qui tūc adhuc nō fuit elect⁹ in apostolū. **E**t p̄mus articulus pertinet ad patrem. et alij sex ad filiū. et quin qđ vltimi ad spiritū sanctū. Pro quo notādū qđ nullus hominum dubitare debet. **H** quiliber christianus tenetur credere in

nitatē psonarū. vnitatem cēntie dī
vine. Nec tamen curiose scrutanda est
beata trinitas. sed simpliciter credenda
Bernardus. Scrutan hāc temeritas
ē. credere pietas. nosse vita eterna. B
Hec autē beata trinitas multipl̄ pro
batur. Primo p̄ sacram scripturā. Un
dī Gen. i. Faciamus hominem ad bū
magineū et similitudinem nostram. hoc
est verbum patris ad filium et sp̄ritum
sanctum. Faciamus em̄ signat plurali
tatem psonarū. humagineū in singulari sig
nat vnitatem cēntie. Item pbatur per
auctoritatem angelicam. Unde Isaie
vi. dī. Sanctus sanctus sanctus dñs de
us sabaoth. id est deus exercituū. plena
est om̄is terra gloria ei⁹. Sic em̄ canūt
angeli in celo. dicūt em̄ ter sanctus sc̄is
sc̄is: ad designādum trinitatem psona
num. postmodū dñs deus. ad designādum
vnitatem cēntie. Item pbatur p̄
apl̄. i. Joh. v. Tres sunt q̄ testimoniū
dant in celo. pater. verbum. et sp̄us
sās. et hi tres vnum sunt. Christus in
euāgelio dicit. vt habeat Math. vltio.
Baptisantes vos in nomine patris et filij.
et sp̄issancti. Item cognoscāt in creatu
ris: nō tamē plene cognosci potest in ali
qua creatura. Primo cognoscitur in so
le. Un̄ Aug⁹. dicit. Tria sunt in sole.
sq̄ dī est. i. substantia. qd̄ lucet. i. splen
dor. qd̄ calet. i. calor. Et calor p̄cedit a
sole et a splendore. sic est de trinitate. q̄a
sp̄issanctus procedit a patre et filio. Ite
in aqua. verbi gratia. Fons est p̄ se. ri
uulus fluit a fonte. stagnum generatur
ab utroq̄. Item si speculuz ponitur in
aquā claram p̄tra solem: tūc tres soles
apparent. vnum in celo. et duo in radio.
Sic inspiciendo sacram scripturam in
uenimus trinitatem psonarū. et vni
tam cēntie. Item magnitudo creatura
rum et pulchritudo et utilitas creatura
rum ad trinitatem pertinet: in magnitudi
ne denotat dei patris potentia. in pul
chritudine dei filij sapientia. in utilitate

sp̄issancti bonitas. Queritur circa pdū
cta. quare omnipotēta plus appropria
tur patri q̄s filio vel sp̄issancto. cum ta
mē sit vnum om̄ipotens. Unde Anasta
sius. Om̄ipotens pater. om̄ipotens fi
lius. om̄ipotēs sp̄issanctus. et tamē nō
tres om̄nipotētes. h̄ vnum om̄ipotens.
Rūdeo fīm Aug⁹. de tri. Un̄ in creatu
ris solet notari defectus potentie. in pa
tre ppter antiquitatem. In filio solet no
tarī ignorantia ppter iuuentutem et in
experientiam. Et nomē sp̄issancti sona
resolet vehemētiam Un̄ Esa. ii. Qui
scite ab homine cuius sp̄us in naribus
ei⁹. Et ne p̄tef similiter esse in diuinis
sicut in creaturis. Patri nō solū attribui
tur potētia sed om̄nipotētia. ne videatur
senior. Et ob hoc dī in symbolo. credo
in deum petrē om̄nipotētem. Et filio ac
tribuitur nō solū sapiētia. sed etiā om̄is
sapiētia et sciētia. ne videat̄ minor et mū
nus sciēs aut minus exptus. Sp̄issan
cto attribuit̄ bonitas: ne p̄tef crudelis
aut vehemēs. Un̄ p̄s. Sp̄us tuus bo
nus deducet me in terrā rectam. Eccī
xxiiij. Sp̄us meus sup mel dulcis

De primo articulo fidei

Credo in deum patrem om̄ipo
tētēm creatorēm celi et terre. Itē
primum articulum ponit beat⁹
Petrus apostolus. in quo cōtinētur dī
stincte tres credite veritates. Quarum
p̄ma est de diuina vnitate cū dī. Credo
in deum in singulari et nō in plurali. Se
cūda de diuina oipotentia cum dī. pa
trem om̄nipotentem. Tertia de mundi
creatōe cum dicit: creatorēm celi et terre.
Credo in deum. Circa quod notandū
q̄ est differētia inter credere in deo. et cre
dere deum. et credere in deum. Scđm
magistrum sentētiarum li. iii. dist. xxiiij.
qui dicit. Credere deo est credere vera
esse q̄ loquitur deus. quod etiam malī
faciunt. et nos credimus homini. sed nō
in homīe. Credere deū est credere q̄ ip̄e
sit deus. qd̄ etiā multi faciūt. quia ēm

credere
deo.
credere
deū.

Sesymbolo

re de se.
de se.

Jacobū. Demones credūt et tremiscaūt
Eredere in deū est credēdo deum ama/
re p affectum. et credēdo in eum ire sc̄ p
bonum opus. et credēdo ei adh̄erē quā
tum ad tolerantiā mali. et credendo xp̄i
mēbris incorp̄ari quantū ad dilectōem
pr̄imi. Patrez omnipotentē: hoc est val
de dulce verbū homini fidelī. Magna
em̄ spes datur homini in s̄bo illo. Pa/
tri em̄ nunq̄ potest deesse bona volun/
tas ad filios: preapue cum ipē fīm apo/
stolū est pater misericordiarū. Et fīm di/
ctū Esaie. xlīx. Minus obliuiscit filio/
rum suorū q̄s mater carnalis. Sic em̄ ait
Anquid potest mater obliuisci infantē
suum ut nō miscreatur filio vteri sui. Et
si ipa obliuta fuerit ego tamen nō obliui/
scar cui: in manib⁹ meis descripsi te. Enī
aut̄ oportēs sit nō pōt ei deesse potestas
nō implendo bonam voluntatem quam
habet ad filios. Lōtra hoc verbū vidē
tur peccare qui derelinquit deum p in/
sustarum rerum acq̄sītōem. et adherent
diabolo nō restituendo res iniustas: cre/
dentes se fame mori si deo p̄fidenter ser/
uirent. Gl̄dens em̄ credere q̄ diabolus
melioris voluntatis vel potestatis sit ad
pudendū eis qui sibi seruit q̄s deus.
Quomodo ergo et cū quali fiducia dū/
cū tales in symbolo. Lredo in deū pa/
trem omnipotētem creatorē celi et terre.
Id est fīm Aug⁹. creatorē omniū rerum
visibilū et iuſibilū. **D** **C** Scīc/
dūm circa hoc. q̄ deus creauit triplices
naturam. s. pure spūalem ut āgelos. pu/
re corporalē ut elemēta. celū. terram. la/
pides. ligna. et sic de alijs. Et creaturā
ptim spūalem et partim corporalem. vt
hoīem: cuius aīa est creature spūalis.
corpus vero est creature corporalis. No/
ta dīntiam inter creare et facere. Creare
est ex nihilo aliquid facere. et hoc est im/
possibile fīm Aresto. qui dicit p̄mo d̄ ge/
neratōe et corruptōe. Ex nihilo nihil fit
Et p̄tēra Aresto. viii. phisicorum dī/
cit mundū ab eterno fuisse. sed a deo

creatū. **E**nī Ben. i. In p̄ncipio crea/
uit deus celum et terram. S; facere est
ex aliquo aliquid facere. Et creare soluz
pertinet ad deum. Contra hunc articulū
sunt manichei. qui dicunt visibilia eē
creata a p̄ncipe tenebrarū. inuisibilia ve/
ro a deo. Que heresis ē odilis deo et ho/
minib⁹: Deo. quia talis heresis deo su/
um dominū dūminuit: dūvisibilia eius
dominio subtrahit. Hoībus. q̄ contu/
meliā eis facit dum eos ex parte ex qua
visibiles sunt diabolo attribuit. immo
talis heresis de honestat om̄es visibiles
creatūras dum eas dicit a diabolo esse
creatās. **E** **C** Ex consideratōe illi
us articuli homo dirigitur ad tria. Pi/
mo ad gratiarūactōes. quia ex quo de/
est creator omnium creaturarum: certū
est quicqd sumus vel habem⁹ a deo ha/
bemus. i. Chorinth. iiiij. Quid habes
quod nō accepisti. ps. Domini est terra
et plenitudo eius. Sed ex quo om̄ia a
deo habem⁹: tūc merito tenemur ei gra/
tiarūactōes redderez referre. ps. Quid
retribuam domino p omnibus que ro/
tribuit mihi. Chroſt. in sermone quo/
dam. Liberalissimus est deus. Quan/
ta tibi largitus est ad sustentatōes: quā
ta ad eruditōem. quanta ad correctōes.
quanta etiam ad delectatōem. Et hec
om̄ia gratis dedit. Secundo induci/
mur ad bene vtendū rebus creatis. Ni
creaturis debem⁹ vti ad hoc ad qđ cr/
ate sunt. Sunt autem create ad duo.
Primo ad gloriam dei. Proverbioz. p
Uniuersa ppter seipsum. i. ad gloriam su/
am operatus est deus. Secundo crea/
te sunt ad utilitatem hominis. Debem/
us ergo vti creaturis ad honorē dei et
utilitatem p̄riā. Sed heu plures sunt
q̄ nō regatianē deo de creaturis suis. i
mo sepius abutuntur donis dei. Und
Aug⁹. de ciuitate dei. Quisq̄s bñficia
dei non videt cecus est. ne claudat igra/
tus est. quisq̄s in laudando reluctatur
insanus est. Sciendū etiam q̄ illi mul-

num se timeret dicit q̄ maleficiunt̄ creatur̄
et donis dei. q̄ debitis districtā redditū
nūt̄ rōem. Un̄ Ēhriso. sup Mat̄. In
die illo nihil ē. q̄d rūdeam⁹: vbi celū et
tra et aq̄ sol et luna dies et noctes et mū/
dus tot⁹ stabit aduersus nos in testimo/
niū peccator̄ nostror̄. Et si omnia tace/
rent: tamē ip̄e cogitationes nostre ipsa
op̄a specialit̄ stabuit an̄ oculos n̄os ac
ausantes nos an̄ deū. Dicēte ap̄l̄o. Co/
gitationib⁹ inuicē accusantium. Tertio
inducimur ex isto articulo ad cognitōe
humane dignitatis: q̄d deus oēs creatu/
ras creauit p̄p̄t̄ hoīe⁹ et subiecit eas ho/
mini. Gen. i. Dominamini piscib⁹ mar⁹
ps. Qia subiecasti sub pedib⁹ ei⁹. Est
shō rāte dignitatis q̄ debet p̄esse om/
nib⁹ creaturis et subesse deo.

De scđo articulo.

Et in iesum ch̄m filium ei⁹ vni/
cum dñm nr̄m. Istum secundū
articulū descripsit Jōhes apl̄s
etā euāgelista. Qui post dictū bti Pe/
tri apl̄i adiunxit. et in ih̄m xp̄m. et c̄. Et
quidē cōuenienter illi⁹ articulū desc̄ptio
fuit sibi data: cui maiestas verbi in cena
fuit reuelata. ut p̄sonam filij expl̄caēt in
secūdo articulo fidei xp̄iane. Qui postea
dixit in euā. q̄d scripsit In principio ēat
verbū. et verbū et c̄. Et notandū q̄ h̄tūs
Joannes in illo articulo p̄mo dicit ie/
sum qui inter̄taſ saluator. p̄ h̄ designa/
tur q̄ ip̄e est q̄ vult oēs homies saluari.
Scđo dicit xp̄m. per hoc designat q̄ n̄
solū est saluator. Etiam magister. quia
ch̄s int̄pretaſ vñctus. et vñctio docet d̄
omnib⁹. **F** Pro quo sciēdū q̄ ma/
gister noster christus doc̄ nos p̄mo hu/
militatem contra superbiā dices Mat̄
xi. Discite a me: q̄r̄ mitis sum et humilis
corde Aug⁹. de verbis dñi. sermone. xi.
Discite a me inquit dñs nō mūdū crea/
re: nō visibilia et inuisibilia cūcta creare:
nō in isto mūndo mirabilia facere v̄l mor/
tuos suscitare. sed q̄r̄ mitis suz et hūlis
corde. Secūdo docet nos dilectionem

inimicorum contra inuidiam. Mat̄.
5. Diligite inimicos vestros: benefacite
bis quivos oderunt et orate pro p̄sequē/
tibus et calumniati⁹bus vos: ut sitis fi/
lii patris vestri qui in celis est. Tertio
docet nos orare et intenta oratione oraē
et hoc est contra somnolentiam. Mat̄.
xxvi. Vigilate et orate. ne intretis i tem/
ptationib⁹. Aug⁹. Oratio tua locutio est
ad deum. Quādo legis: deus tibi loq̄
tur. quādo oras cum deo loqueris Au/
g⁹. in f̄mone. Oratio orānis est subsidi/
um: deo sacrificium. demonibus autē
flagellum. Quarto docet temporalia
relinquere contra auariciam. Luce. i4.
Nisi quis renunciar̄ erit omnibus que
possidet: non potest meus esse discipul⁹.
Beda sup̄verba predicta. Discat i quā
renunciare omnib⁹ et relinquere omnia
quia renunciare conuenit omnib⁹ q̄ ita
licet et tun̄ mundanis que possident. et
cum mente tendunt ad et̄na. Reliques
re est rātūmodo p̄fectorum qui et omnia
temporalia postponunt. et solis et̄nis inhāc.
Quinto docet operari op̄a bona et mes/
ritoria contra accidiā. Jōbis. x. Op̄a
mini dum dies est. qui avenit nox q̄ndo
nemo operari potest. Bern̄. de conside/
ratione Si labor te terret merces fuit et
Unusquisq; em f̄m suum p̄prium labo/
rem mercedem accipiet. Leo papa in q̄
dā f̄mone: Non dormiētibus regnum
celorum. p̄uenit: nec ocio nec desidia tor/
pentibus beatitudo et̄nitatis reprobuit.
Sexto docet tribulatōes et aduersi/
tates patienter sufferire. Mat̄. 5. Si
quis te p̄cuserit in vñā et c̄. Item Luc̄
xpi. In patientia vestra possidebitis ani/
mas vestras. Greg⁹ super euan. Lū au/
dieritis prelia. Patientia est aliena ma/
la equanimit̄ perpeti. contra eū quoq;
qui mala irrogat nullo dolore moueri.
Septimo docet omnes peccatores pe/
nitentiam agere. Dicit Mat̄. Nisi pen/
tentiam egeritis. Augustin⁹ de verbis
domini sermonē. 4i. Tempus quo nō

q̄ legia de
tibi loq̄-it
q̄ orāsa

De symbole

penitentius vertitur nobis in iudicium
tota em vita est temp^o penitendi. **S**e
quitur filius ei^o ynicu. **E**bidebem^o cre-
dere q^o christ^o est ynigenitus et verus fi-
lius dei. et q^o fuit cum patre eternalis. et
q^o est alia persona a patre. et q^o est yni^o na-
turez substancie cu p^ore. **S**equit
d^omⁿ nostru. **E**bisciendu q^o libent de-
bemus eū habere p d^ono. **P**ri^o: q^o ē no-
bilis. **L**u. i. Altissimi fili^o ps. **M**agn^o
domini^o et laudabilis nimis. et magnitu-
dinis eius non est finis. **S**ecundu^o. quia
māsuetus: ergo agn^o nominat. **J**oh^o
p. vbi dicit. **J**oannes baptista Ecce ag-
nus dei. **E**saie. 53. **T**anq^o quis coram
condēse obmutescit. **T**ertio q^o fortis
ad ptegendi^o et liberādu nos a malo ps
De^o ptecor vite mea a quo trepidabo.
Quarto: q^o nos creauit. ps. **I**p^oe fecit
nos: et non ip^oi nos. **I**nsup nos redemit
pp^oro sanguine suo. **A**pls. Empti est p^o/
cio magno. **Q**uito. q^o larg^o est ad remu-
nerandum seruos suos. **A**ug^o. libro. 22
de ciuitate dei. **I**p^oe deus erit finis desi-
deriorū nostrorū q^o sine fine videbit^o sine
fastidio amabitur. sine fatigatio et lauda-
bit. **I**tem Aug^o. in eodē libro. **Q**d^o d^os
pparauit diligētib^o se: fide nō capi^o. spe
non attingit. charitate nō comprehendit.
desideria et yota transgredit^o. acq^ori p^ot est/
mari non p^ot.

De secio articulo.

Qui pcept^o est de spūscō natus
ex mariavirgīe. **H**ūc articulum
ponit Jacobus maior frat^o Jo-
annis qui fuerunt filii zebedei. In q^o ar-
ticulo ponit duas distinctas veritates:
Primā de chri^o pceptō e: cum dicit. qui
coceptus est de spūscō. **S**ciam de
eius bñdicta nativitate: cu subdit. nat^o
ex Maria virgine. **E**bisciendū ē q^o nō so-
lum necessariū est christiano credere fili-
um dei: h^o etiam necessarium est credere
eius incarnatōem per quā nobis yisibi-
lis apparuit. **B**aruch. iij. Post hec
tristis yisibus est. et ai hoib^os cohersat^o est.

H **Q**ueris q^o in carnatio xp̄ifera
sit. Respondef^o q^o postq^o angel^o Gabru
el fuit missus ad virginem mariā. ut ha-
bet Lu. i. Et maria credidit et consen-
tit: tūc spūsanctus supuenit in eā. et ea^z
sanctificauit et fecūdauit et formauit in in-
stanti de purissimo sanguine vīrgis ma-
rie (velut alij dicunt de purissimis humo-
rib^o eius) corpus christi. et in eodē instan-
ti in q^o formatū est corpus creata ē et anū
ma ex nihilo. et in eodem instanti cōiuncta
ē corpori organizato. **E**t illa duo cor-
pus et anima simul mox fuerunt deitativū
ta in deifili psona. **I**te scīdū f^om Hen-
rici de firmaria q^o tota trinitas illam in-
carnationē operata est. q^o opera trinitatis
ad extra sunt indiuisa. Nam ibi fuit po-
tētia patris: q^o statim corpus formauit
et anima creauit. et illa duo diuinitati yni-
uit in illo momento cum dixit. Ecce an-
cilla dñi. hoc non potuit facere potētia
alicuius creature. q^o oīs creature in sua
operatōne requirit tempus sicut firma-
mentū requirit diem ut moueat^o ab or-
iente in occidentem: luna ad cōplemen-
tum sui cursus requirit mensē. sol in te-
grum annū. homo in determinato tem-
pore formatur in utero matris. In con-
ceptione autē christi opera est potētia pa-
tris. q^o in instanti conceptio cōpleta fu-
it. **I**tez opera est ibi sapientia filij. quia
ibi corpus suū optime disposuit et omnia
membra decenter ornauit. ps. **S**pecio-
sus forma p filiis hominū. **I**tez opera ē
gratia spūsancti qui cōceptōem illam
mūdam ab omni peccato reddidit. **Q**d^o
nō est factuz in aliquo puro hoīe. **L**icet
em aliqui nati sūt sine peccato et sanctifi-
cati in utero matris. **S**icut beatus
Joānes baptista. **H**ieremias. tū
in peccato originali sunt cōcepti. et f^om rō
nem seminalē descenderūt ab Adam.
Christus autem nō solū natus h^o etiam
coceptus fuit sine peccato. **A**ug^o.
Hec Hen. d^ofūr. sug symbolu. **I** Queris.

q̄ceptio xp̄i poti⁹ attribuit sp̄usato: Respondeo fm Henri. d firma. q̄ int̄io denoīat olationem: Christus autē hac intentione carnē assumpsit ut misse; ris ⁊ afflictis subueniret. Et q̄ bonitas ⁊ misericordia attribuitur sp̄usanto: ideo d sp̄usanto conceptus est. hec ille Itē dicitur de sp̄usanto cōceptus. vt p̄ hoc excludant corpales admixtiones. Unū canit. Non ex virili semine. sed mystico spiramine: Itē sc̄idum q̄ q̄ui stora trinitas operata sit incarnationem: solus tamē filius est incarnatus. vt dīc beat⁹ Aug⁹: i li. d fide ad petr⁹ Et h̄ns aug⁹ ponit talc exemplū Si tres puelle teneret vñā tunicam: ⁊ illam vna ex illis induetur: tū cilla induit fieret a trib⁹ puelis. vna illarū eaz sola indueretur ⁊ ali⁹ us doctor ponit tale exempluz. Si tres sc̄i petr⁹. ioannes. andreas simul agēne rubricādo andrea: rubricatio andree fieret ab his trib⁹ simul: attamen solis andreas rubricaretur. ¶ **I**l. **S**equit. Nat⁹ ex Maria vngie. Virgo maria vgo ⁊ cepit. virgo pepit. ⁊ post p̄tu⁹ virgo permanit. Queris quare xp̄s nat⁹ sit de virginine. Respondeo fm Hen. d firma. Triplic est status humane nature sc̄i piugal. vidualis. virginalis. prim⁹ bonus. secundus melior. terc⁹ optimus. Quicqd autē cōoptimū deo attribuitur. Ideo cōueniens fuit vt de virginine nasceretur. Et in hoc etiam ostendit christus excellentiam status virginitatis. Aug⁹ Unius sancte vrgn̄is partus omnū sanctarum virginū est decus. Secundo fm alium doctorē. Sicut p̄ euam virginem facta est perditio: sic ecōuerso p̄ matiam virginem debuit fieri reparatio. Unū canitur Paradisi porta per euam cōctis clausa est. ⁊ per Mariā virginem iter p̄fecta est. igif. ⁊ c̄. Tertio vt vētas p̄phetie adimplereſ. Eſate. 7. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū Sc̄idum etiā q̄ circa hūc articulū origenes erauit qui dixit: q̄ ch̄rist⁹ ad hoc natus est

zad hoc venit. vt non soluz saluat̄ hōi mines: sed etiā demones i finemūdi. h̄ autē est contra dictū christi. Math. xxv Itē maledicti in ignē eternū qui paras est diabolo ⁊ angelis eius Ad remouendum hunc errorem patres sancti ad diderūt in symbolo qđ canit in missa. Qui p̄t nos hoies ⁊ p̄t nrām salutē: ⁊ non p̄t demones.

De quarto articulo.

DAssus sub pontio pylato: crucifixus mortuus ⁊ sepultus Itē articulū fm Henricū de firma. posuit beatus andreas. Qui quidē articulus necessarius est ad salutē Nā sicut debemus credere incarnationem filij: ita necessariū est credere passionē ⁊ mortem eius. Q̄ fm Gregorii. Nihil nob̄ nasci p̄fuit: nisi redemi p̄fuisse. In q̄ q̄dem articulo beatus andreas describit q̄tu⁹ creditas v̄tates. Prima est d̄ xp̄i passione p̄ut christus ante q̄ fuit crucifixus passus est. sc̄i flagellatus. illusus. cōsputus. alapis cesus. velatus facie colaphizatus. ⁊ spinis coronat⁹. Et hoc notat cū dicitur. passus sub pontio pylato. Sc̄da est de christi crucifixione. Tercia de christi morte. Quarta de ses pultura. Et quidē ille veritates sunt distincte. Probaſ. q̄ hora matutinalis fuit passus vſq̄ ad eccliam. ⁊ hora sexta cruxifixus. ⁊ hora nona mortu⁹. ⁊ hora vespertina sepult⁹. Itē aduertendū circa passionem christi. Primo quis patit. Respondeo dei filius summe bon⁹ Se cundo quid ⁊ qualia patit. Respondeo patitur rebus exteriorib⁹ spoliatiōem quia nudus p̄pendit nec haustū aque habuit. In corpore amarissimam afflictionem. Quia a planta pedis vſq̄ ad verticē nō fuit in eo sanitas. In anima p̄imam tristiciam. Unde dixit. Tristis est anima mea vſq̄ ad mortem. Tertio a quib⁹ patit. Respondeo a p̄ncipibus sacerdotum ⁊ ministris et popularibus ⁊ a iudeis ⁊ gentilib⁹. ps. Quare fre-

De simbolo

inueniunt gētes: et populi meditati sunt
inanis. Astiterūt. et cetero Quarto quare pa-
tit. Rūdeo ppter peccata nostra et salu-
tem nostrā. *Esa. 53.* Propt̄ zel⁹ popu-
li mei percussi eū Quito quid coegit eū
Respođeo maxima charitas. *Apoč. 1:*
Dilexit nos et lauit nos a peccatis nřis in
sanguine suo. *Roman. 5.* Commēdat
deus suam charitatem in nob. qm̄ cum
inimici essemus xp̄s p nobis passus ē:
et mortuus iustus pro iniustis. Passus
sub pontio pilato. Notandū q̄ christ⁹
passus est sub yno pilato: nunc autem in
membris suis patitur a multis pilatis:
Mat. 25. Qd̄ vni ex minimis meis fe-
cistis: mihi fecistis. Et ideo charissime:
si iniuriose pateris a iudice iniquo: noli
murmurare. Sed memento dñm ih̄m
christum passum sub pontio pilato. Itē
si subditus es: et habes prelatum corru-
ptuꝝ prementem te contra iusticiam: sis
patiens q̄ ip̄e est tuus pylat⁹. Si mu-
lier es: et habes yīꝝ furiosum te pectien-
tez: sis patiens: quia ip̄e est tuus pylat⁹.
Si seruus es: et habes dñm īmpium et
crudelēre molestantē. nō mireris. q̄ ip̄e
est tuꝝ pylat⁹. et sic d̄ alīs. Et oēs isti
pdicti debēt esse patientes. q̄ p̄ his tri-
bulationib⁹ habituri sūt magnū p̄mū i
celo. *Math. 5.* B̄ti estis cū maledicē-
rint yob hoīes et psecuti vos fuerint: et
dixerint om̄e malū aduersū vos: mēti-
tes ppter me. Gaudete et exultate qm̄ mer-
ces vestra copiosa est in celis. Itē scien-
dū q̄ pontii⁹ est cognomē ab insula pō-
ti nominatū: s̄ pylat⁹ est p̄riū. et erat gē-
nialis et indign⁹ pane. q̄ fīm Aug⁹. Pe-
cator non est dignus pane quo vescit.
A quo malo hoīe xp̄s ad mortē senten-
tiāt⁹ et iudicat⁹ c. Itē scīdū q̄ Glinceti⁹
in speculo historiali dicit q̄ pylat⁹ accu-
satus est in multis a vitellio preside sy-
rie. Et primo de morte omnīi innocentia
quos occiderat. et q̄ imagines genti-
lium ponebat in tēplo. Item q̄ pecuni-
am positam in corbonā redigebat in su-

os ylūs: inde faciens aqueductū in do-
mum suā. Pro his missus est in exiliū
um et ibi in multas incidēs calamitates
se p̄pria manu interemit.

De quanto articulo:
Escendit ad inferna. Istū quin
cum articulū scribit beatus phili-
ippus apl's. Circa quez articulū
lum p̄mo q̄rif: quo tempore vel qua ho-
ra christus ad inferna descēdit: Respođeo
fīm Tho. q̄ statim qn̄ aīa ch̄i fuit
a corpore separata: tūc anima christi de-
statī vñita descendit ad līmbum patrū:
et mansit ibi ab hora mortis christi que
fuit hora septe ferie nona usq; ad horaz
resurrectionis. et hoc fuit tempus q̄dīa
ginta horarum. Quia diluculo diei do-
minice surrexit. et ī eadē hō resurrectōis
eduxit eos de lymbō Item sciendum q̄
anima christi separata fuit a corpore. h̄
deitas mansit cum anima ad infernū
descendente. et etiā cum corpore ī sepul-
chro iacente. Item sciendum q̄ aī ch̄i
passionem fuerūt quatuor receptacū
la animarum. Primus locus fuit infer-
nus damnatorū in quo est pena sensus et
pena dāmni. i. carentia visionis dei. Ac
etiam ibi sunt tenebre exteriores et interi-
ores. i. carentia gratie: et carentia glorie
Ad hunc locū christns non descendit.
nec ab illo aliquem liberauit Rō q̄ xp̄i
passio nulli pdest: nisi sit eius membrū
vel fiat p̄ conuersionem. Sed illi in in-
ferno non fuerūt membra christi. nec po-
terant fieri: quia fuerūt extra statū merci-
di: q̄ nec ī illo loco est redemptio: nec
pro eis est orādum. Unde beat⁹ Aug⁹
Siscirem patrē meū ī inferno: nō pl̄
orarē p̄ eo q̄ p̄sabolo Secundus loc⁹
est lymbus puerorum. id est illoꝝ infan-
tiū ī peccato originali deceđētiū. q̄
lymbus est sup īfernū et ibi est pena dā-
ni. i. carentia visionis diuine. et nō pena
sensus. i. sensibilis pena nō est ibi Et st̄
ibi tenebre exteriores et interiores. i. ca-
rentia gratie et glorie. Ad illū locū ch̄is

etiam non descēdit nec ab eo aliquē etiam liberavit. Ratio huius: quod illi puuli nō fū erūt capaces grātiae xpī. nec satiſfactio chīl poterat illis suffragari neq; ad eos extē di. Quid ad illos solū extendit qd ei⁹ membra efficiunt p̄ fidem: vel aliquid fidei sa/ cramentum. Sed neutrū illi poterant habere. Tertius locus est purgatoriu⁹ et sūp̄ lymbū puerorū tibi est pena dāni et sensus ad tps determinatū et finitū. Esunt ibi tātū tenebre exteriores quia grām habent. Ibi est ignis corporalis in quo aīe illo⁹ qui in hac vita peniten/ tiam suam non impleuerūt affliguntur usq; ad satiſfactōem condignā. Querit. ut illi qui fuerunt in purgatorio libera/ nūt. quādo chīs descēdit ad lymbū patrum. Respondeo qd non: sed solū il/ liq; tunc purgati fuerunt sufficienter. vt meruerūt h̄ qd illo tpe. si descēsu xpī libe/ rari debuissent Rō ē qd passio chīi nō ha/ buit tpalē virtutē et trāsitoriā: sed sempi/ ternā. Sed pena purgatori⁹ est trāsito/ riā et tpalis. et ideo qd fuerūt tales quales nūc sunt qui in purgatorio detinentur: non fuerunt a purgatorio liberati p̄ de/ scensum xpī ad inferos. Sed solum illi qui tunc purgati fuerunt vel alias hoc meruerunt qd tpe descensus chīi libera/ ri deberent. Quartus loc⁹ et supīm⁹ est lymbo sancto⁹ patrūbū fuit pena dāni id est carētia vīsionis diuinae non pena sensus. Et erant ibi pene exteriores sed non interiores. quod oēs isti in gratia fuerūt. Et ad istū chīs descēdit et fregit. et sc̄tōs patres inde eduxit. Ex isto articulo habemus duo docimēta. Prīmu⁹ qd de/ bēmus habere spem de dō. quia si illos qui fuerunt in lymbo vīsitarunt: quilibet nost̄z p̄t̄est confidere qd nos in tribula/ tionibus nostris non derelinquet. ps: Eum ipo sum in tribulatione: eripiam eum: et glorificabo eum. Secunduz do/ cumēti⁹ est qd debem⁹ animab⁹ p̄ximoz nost̄z subuenire. Si em̄ xp̄s descēdit ad inferos: vt suos liberaret. Et nos ex

emplo chīi debem⁹ subuentre atab⁹ per suffragia. Unū iō clamāt ad nos. Job 19. Misericordia mei misericordia mei: sal/ tez vos amici mei.

De sexto articulo.

GErica die resurrexit a mortuis. Hunc sextum articulū describit sanctus thomas apostolus et conuenienter scripsit istum articulū quia ī eo prius dubitauerat: et dō eo plesne certificatus fuit. sicut habetur Jo/ annis. xx. vbi christus dicit thome: In/ fer digitum tuum huc et vide man⁹ mea/ as. et affer manum tuam et mitte in lat⁹ meum: et noli esse incredulus: sed fidelis. Unde sanctus thomas in tercia parte. q. 54. ar. 4. dicit qd sanctus Thomas apostolus nō solum vidit vulnera chīi sti: sed etiam tetigit. Itē notāduz fm̄ Henricū de firmaria. Sicut necessariū est nobis credere qd christ⁹ mortuus fu/ it: ita necessariū est nobis credere qd re/ surrexit: quod hoc valet ad sublenatōem spei nostre. quia membris datur spes et consideratione capitū. Quid si christus re/ surrexit: et nos resurgemus. Surrexat autem resurrectione perfecta qd est ad vi/ tā immortālē. Rhoma. 6. Chīs resur/ gēs ex mortuis īā nō morit⁹.

De septimo articulo.

Hecedit ad celos. sedet ad dexte/ rā dei p̄ris omnipotētis. Hunc articulū posuit beatus bartho/ lomeus. Et necessariū est credere qd chīi stus quadragesima die celos ascēdit. Quia sicut credimus passionem et resur/ rectionem sic et ascensionem. quia passio accēdit nos ad charitatem. resurrectio erigit ad finem. ascensio eleuat ad spem. Vbi considerandum est in isto articulo magnitudo virtutē dei. quod ascēdit in for/ ma humana cum corpore et anima. et cum vtraq; natura diuina et humana scilicet de monte oliveti qui distat a hierusalem per mille passus. et p̄ntib⁹ apostolis. et cū beatissimā virginē maria. et alijs mulie-

De symbolo

tibus q̄ secrete eum fuerunt a galilea.. Et cū septuaginta duob̄ discipulis Et verisimile est q̄ non solum iam dicti p̄n tes fuerunt in monte oliueti: h̄ etiā multū alij discipuli christi occulti ppter metū iudeoz. ut n̄icodem⁹. gamaliel Joseph ab aromathia. et p̄siles venerūt in p̄cessione cū apl̄is aut alio mō ad mōtez oliuetivt viderēt ch̄m dñm suum ascen dere in celum. Dicit enim magister hy storiaz q̄ facto prandio in die ascensio nis cōgregauerunt se in monte syon xp̄i discipuli et exierunt cū p̄cessione in mon tem oliuetivt viderent christum ascende re cum potentia magna. Itē sciendum q̄ christus ascendit gaudent fm illud. ps. Ascendit deus in iubilatio e: nec ip̄se solus gaudebat: sed et ip̄i om̄es qui fu erunt presentes. Similiter angeliz om̄nes anime que ab eo de lymbo liberate fuerunt. videlicet sanctoz patruz p̄phetarum patriarcharum: sanctoz innocen tium. sancti Joannis baptiste. et illoruz sustorum qui fuerunt mortui: vel pur gati a resurrectione christi vq; ad ascen sionem eius. he anime singule cum chri sto ascenderunt et fuerunt in maxima iu bilatione. Et hoc voluit signare: ps. di cens. Ascendens in altum captiuaz du xit captiuitatez. id est illos qui fuerunt ca ptiuī lymbo ifernī. Sedet ad dexteram dei. Ub̄i sciendum q̄ christus di citur sedere ad dexterā dei omnipoten tis. quia simul habet cum patre gl̄iam diuinitatis. beatitudinem et iudiciariaz potestatem. Quia fm Joannē damas cenum. Per dexteram intelligitur gl̄ia diuinitatis. Sed fm Aug⁹. Per dexteram beatitudo patris et iudiciaria pot estas intelligitur. Nam fm naturam di uinam christus cum patre habet om̄ia p̄dicta equaliter in eadem maiestate. qz nullus gradus est in diuinis personis. videlicet q̄ vna p̄sona esset dignior alia quia sunt per omnia equales et omnino equae p̄fecte atq; digne. Christus p̄ fm

humanam naturam et fm q̄ homo dū ciur sedere ad dexteram patris. id est in potioribus bonis p̄e om̄ibus alijs san ctis. Transcendit enim corpus christi sua dignitate p̄ut est vnitum deitati n̄ solum omnem creaturam corpalem sed etiam sp̄iale p̄ter animam suam. Ideo merito debet ei locus altissimus et nobilissimus. Ideo dicit Greg⁹. in omel: ascensionis. qui fecit omnia sup̄ oīayrtu te sua ferebat.

De octavo articulo

Dñe vēturus est iudicārē vīnos et mortuos. Iustum articulū scribit br̄nus Math̄eus. et mērito q̄ quilibet christianus tenet credere futu rum iudicium. quia est articulus fidei. Circa quē articulum querit primo d̄ lo co iudicij. Respondeſ q̄ locus extremi iudicij est vallis isolaphat. Und̄ Joelis 3. Adducā oēs gētes in vallē isolaphat vbi disceptabo cū eis. nō tamē putādū est q̄ christus ad vallem descendat. et q̄ oēs iudicādos vallis illa recipiat Sed christus erit ī acre in loco eminēti vt ab omnib⁹ possit videri. Et circa eū erit sancti circa quāq;. et maligni erunt in terra vndiq; circa locū iudicij. Secūdo queritur: cū quib⁹ christus veniet ad locū iudicij: vel ad iudicium. Respondeſ q̄ cū angelz et sanctis suis qui tunc erunt in ce lo: Und̄ Math̄. 25. Cum venerit filius hois ī maiestate sua: et oēs agl̄i ei⁹ cū eo Tertio querit. an fiet citatio. Respondeſ q̄ sic. et hec fiet p̄ vocem tubē q̄ in ad uentu iudicis ab omnib⁹ audieſ. Joh. 5. Venit hora in q̄ oēs q̄ ī monumētis sūt audiēt vocem filij dei. Er dicit ma gister ī quarto sentētiaz dist. 44 q̄ vox ista erit xp̄i vel alicui⁹ angl̄i. v̄l plurimum angeloz q̄ ab omnib⁹ audieſ. et virtute eius mortui ī monumētis excitabūtur. Erit em̄ signū v̄alde euēdēs et manifestū. Et ideo vox illa dicitur tuba ppter hoc

apostolorū

